



**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

30. De confirmatione vtili, velinutili.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](#)

* * * * *

De Clericis peregrinantibus.

TIT. XXIX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabard. Bellam. Anchar. Bal. Butr. Panorm. Ioan. de Londris in breuiario Sanctorum Canonicus, fol. 172 verso. Mart. Melsn. in epitome Decret. fol. 81. verf. Petr. de Rauen. in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica. iuris Ponif. pag. 354. Goffred. & Holt. in sum. huius tit. Alex. Caffan. & Anatol. Germon. in paratitlis ad quinque libros Decret. sed hoc tit. noue Barth. Carthag. in expost. tit. iuris Canon. sub eodem.

De peregrinis aliqua scripserunt Fusch. de visitat. lib. 2. c. 22. Mar. Alter. de censuris tom. 1. lib. 5. disp. 11. cap. 3. & 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Peregrinationis causa accedentes ad Sedem Apost. sub eius protectione consistunt, & contra eos nihil est innundandum.
- 2 Itineris arreptio, qua sit ad Papam ante ceptam causam suspendit iurisdictionem inferioris.
- 3 Excepio an concessa censeatur ex receptione sub Apost. protectione, remissio.

CAP. Conquerente, vni. Cœlest. III.

- Q**vi accedunt ad Sedem Apostol. ipsi cum rebus suis sunt secuti sub eius protectione, & si quid eorum durante itinere ablatum fuerit, est illis restituendum? quia contra peregrinantem ad Sedem Apost. nihil est innundandum. Colligimus ex Ordin. Abb. antiq. Jure. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Zabar. Ingol. A. Jan. Holt. Butr. Anchar. Bald. Viulan. in ration. secundi iuriis Ponif. pag. 361. Alagona in compend. iuris Cœpon. pag. 349. remissio Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 1.
- 2 Notarui hic text. ad. hoc quod itineris arreptio, qua sit ad Papam ante ceptam causam, suspendit iurisdictionem inferioris, siue sit Ordinarius, siue delegatus, & tuerit Papa itinerantem, ut per Mil. in reper. verbo, appellationis vim obtinet. il. 2. Si gismund. Scacc. de appell. q. 6. n. 44.
 - 3 *Esse sub Apost. protectione.*] An concessa ex hoc sit exemptio, vide Dec. cons. 1. 2. Anton. de Prat. de iuris dicit. Episcop. c. 2. n. 2. Erafm. Cochier. de iuris d. Ordinarij in exemptiones, p. 1. q. 9. n. 3. & quæ dixi ad cap. recepimus, n. 7. & 8. de primis leg. pag. 359.
- * * * * *

De Confirmatione utili, vel inutili.

TIT. XXX.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hac rubr. scribentes.
- 2 Confirmationis materialis qui trahent, citantur.

- 3 Confirmare idem significat quod simul firmare, seu stabilire.
- 4 Confirmatio multipliciter accipitur.
- 5 Confirmatio in genere sumpta definitur ut sit iuris quocunque modo quæstii per legitimum superiorum facta corroboratio.
- 6 Confirmatio in forma communi dicitur quando superior non precedente causa cognitione alium ab inferioribus gestum confirmat.
- 7 Confirmatio ex certa scientia dicitur quando fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circumstantiarum.
- 8 Confirmatio in forma communi in nonnullis conuenit & in aliis differt ab alia ex certa scientia.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Anchar. Dec. Bald. Bero. Butr. Panorm. Ioan. de Londris in breuiario Sanctorum Canonum, fol. 173. Martin. Melsnart. in epitome Decret. fol. 92. verso. Petr. de Rauen. in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Ponif. pag. 355. Goffred. & Holt. in summ. huius tit. Alex. Caffan. & Anatol. Germon. in paratitlis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in expost. titulorum iuris Canonici, nouissime Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decretal. omnes sub hac rubr.

De materia tit. vide Cottam in memorab. verbis, confirmatio, Bernard. Grœuæ. ad præf. Camera Imp. lib. 2. concl. Ioseph. Selsie Aragonia decisi. 15. & 93. Cabed. Lusti. decisi. 1. p. 2.

Confirmare, quod idem significat quod simul firmare, seu stabilire, iuxta ea, quæ de dictione coniuncto verbo simplici aduertit Val. lib. 6. elegant. c. 92. Abb. in cap. dudum, n. 11. de decim. in iure multipliciter accipitur, aliquando idem significat quod approbare, seu innovere, in quo sensu loquitur c. 1. in princ. de locato, c. 1. de trenga & pace, vbi gloss. verbo confirmet; aliquando significat potestatem beneficij, seu canonican institutionem, per quam electus ad beneficium confirmatur, Episcopaleque vinculum contrahit cum Ecclesia, in qua confirmatur, cap. postquam 3. cap. n. 9. i. 9. inuncta gloss. verbo confirmata. transmissam, 10. ibi, electionis tua confirmationem, cap. qualiter 17. vbi gloss. de elect. notant Gom. in reg. de triennali possess. gloss. 18. vers. ego etiam Rebuff. in præ beneficii tit. de deuolut. n. 8. Sylvest. in summ. verbo confirmationis humana, per tot. Nonnunquam confirmatione accipitur pro sacramento Confirmationis, de quo in c. quanto, ad consuet. & aliqua dixi de officio & potest. Episcopi, q. 1. alleg... Interdum propriè accipitur confirmatione, propter importat alium superioris, siue per viam legis, siue per aliam disputationem corroboratam, illaque ab inferioribus geruntur, siue in iudicio, siue extra, & in hoc sensu loquitur hic titulus per tot. & definitur confirmatione in genere sumpta, ut sit iuris quocunque modo quæstii per legitimum superiorum facta corroboratio, loco generis opponit corroboratio, quæ latissime patet, adiecti iuris quocunque modo quæstii, ut comprehendenterem utramque confirmationis speciem tam in forma communi, quam ex certa scientia, de qua infra, cum utraque ius quantum corroboret, illa ius quantum legitimè, haec nulliter & de facto. Adiecti deinde, per legitimum superiorum, tum vt significarem propriam confirmationem esse actum legitimi superioris, tum vt excluderent illas, quæ à priuatis personis geruntur, quæ magis approbationes, quam confirmationes dici possunt, ut per Bart. in l. s. expressum n. 17. ff. de appellat. Abb. in cap. ea que, n. 5. de re iud. Definitio haec est de iudice Bart. d. num. 17. Abb.

De Confirmatione, &c. Tit. XXX. 727

Abb. in c. 1. n. 5. de iurega & pace, & in c. 1. n. 2. hoc tit. Castald. de Imper. q. 17. n. 5. & q. 5. n. 4. Auiles ad editia Praetor. c. 17. m. 13. Gutier. cons. 11. n. 5.

- 6 Confirmation autem iuxta ultimam speciem considerata in duplice reperitur discrimine, quedam enim simpliciter confirmation dicuntur, feliciter in forma communis, & ita in dubio intelligitur, iuxta dicta ad c. 2. hoc tit. velut cum superior non praecedente causa cognitione actum ab inferioribus gestum confirmation, de hac loquitur cap. examinata 3. hoc tit. cap. quia dixerit, in principe concessi, prehend. c. 2. vbi gloss 2. ne fide vacante, cap. ex parte 12. iuncta gloss. verbo, confirmat, de constit. c. quia intentionis 29. de primi de qua egi latè ad cap. cum dilecta 4. n. 12. & ex n. 17. usque ad 23. Alia verò dicitur confirmation ex certa scientia, quando scilicet sit cum perfecta notitia tosus negotijs, & omnium eius circumstantiarum, veluti quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inferiorum in ipsa confirmatione, de hac loquitur c. 1. cap. veniens, de translat. cap. pen. hoc tit. Clem. 1. de iudic. vide que latè dixi ad d. cap. dilecta n. 13. cum seqq.
- 8 Vtraque autem confirmation in nonnullis continebit, in aliis verò differt. Conuenient namque huiusmodi confirmations in eo quod per utramque tribuitur auctoritas & robur actui, qui confirmator quia nesciat, 11. dist. gloss. verbo communis in d. cap. quia diversitatem, Abb. in cap. ea qua n. 4. de re indic. Vital. in tract. claus. in claus. suppletes. Item in eo conuenient, quia per utramque tribuitur uscapiendi conditio, ita se in causa ad tua confuluisse affirmat Bertachin. de Epif. §. vlt. n. 4. Molin. de primog. lib. 2. c. 6. n. 5. 4. & c. 7. n. 1. cum aliis citatis ad cap. cum dilecta n. 23. hoc tit. Different autem in eo quod confirmation in forma communis actui alias nullo non tribuit validitatem, textus necesse intelligendus in cap. examinata 7. vbi gloss. Abb. & Dec. n. 2. Bero. 2. 6. & omnes i. s. hoc tit. cap. ex parte 12. de constit. c. 2. ne fide vacante. Doctores citati ad cum dilecta n. 2. 1. Confirmation verò ex certa scientia actum quavis nullum secundum facit, & validum, c. 1. de translat. gloss. verbo ab Ecclesia in cap. Ecclesia S. Mariae, de constit. gloss. verbo confirmation, post med. in cap. cum accessissent, cod. iur. Paulin. de offic. & potest. Capituli fide vacante, p. 2. q. 8. n. 12. Petr. de Vbaldis de collect. n. 44. Laudenf. de Princip. q. 490. Petr. de Baxio de elect. p. 3. c. 44. ex n. 10. Gutier. cons. 1. ex n. 5. cum aliis per me adductis ad d. cap. cum dilecta, ex n. 18.

S V M M A R O I V M .

- 1 Index inferior cognoscere non potest de re scienter confirmata per Papam nisi confirmation non tenuerit, & quia subrepititia, vel de re litigiosa.
- 2 Litigiosa res est de cuius dominio causa mouetur inter priorem, & possefforem iudicaria connectione.
- 3 Litigiosa res dicitur quando pendet lis super quasi domino directo, vel vili.
- 4 Litigiosa res dicitur quando pendet lis super usufructu.
- 5 Convenerit super posseffione orta non facit rem litigiosam.
- 6 Posseffio ipsa, super qua lis pendet, efficitur litigiosa, ac proinde in alium transferri non potest.
- 7 Litigiosa vitium non inducitur in summarissimo possefforio.
- 8 Litigiosa res alienari non potest, & si alienetur, alienatio est nulla.
- 9 Donatio res litigiosa non valet.

- 10 Obligari, aut hypothecari non potest res litigiosa.
- 11 Permutationis titulo non potest res litigiosa in alium transferri.
- 12 Litigiosa res alienari non potest etiam saepe p. s. cause.
- 13 Pene videntium res litigiosas an habeant locum in Ecclesia, remissive.
- 14 Alienatio rei litigiosae facta a p. s. inutilida est.
- 15 Litigiosa res nobilis alienari non potest nisi sit tempore peritura.
- 16 Actio, quare quis ad rem litigiosam habet, cedi non potest.
- 17 Litigiosa res in personam etiam coniunctam alienari non potest.
- 18 Alienatio ex causa necessaria rei litigiosae fieri potest.
- 19 Alienatio ex causa necessaria qua dicitur, ostenditur.
- 20 Alienatio rei litigiosae de licentia iudicis valet.
- 21 Dots causa alienatio rei litigiosae valet.
- 22 Donationis ante nuptias ex causa alienatio rei litigiosae valet.
- 23 Divisionis ex causa facta alienatio rei litigiosae valida est.
- 24 Transactionis ex causa facta alienatio rei litigiosae valet, dummodo transactio facta fuerit bona fide.
- 25 Litigiosi vitium vocet litigantibus, non autem ex traneis.
- 26 Alienans rem litigiosam ante traditam possessionem non incurrit pena.
- 27 Locatio rei litigiosae facta ad modicum tempus est valida, secus ad longum.
- 28 Litigiosi vitium cadit in beneficiis Ecclesiastici.
- 29 Beneficium litigiosum, super quo pendet lis, resigatur non potest.
- 30 Beneficium dicitur effectum litigiosum quando agitur de iure reali super collatione facta.
- 31 Litigiosi vitium non inducitur in causa beneficij in qua non principaliiter agitur, cuius est beneficium, sed tantum agitur de iure possuntandi inter patronos.
- 32 Litigiosi vitium tollitur per sententiam, qua fecit transitum in rem iudicatam, vel quando lis est finaliter per sententiam, & illius executionem.
- 33 Litigiosi vitium non efficitur quando lis super ea mota est iniusta, vel calumniosa, vel quando agens sine actione agit, nec ex processu nullo, aut cum falso procuratore facta, aut per pendentiam coram arbitris, vel per oppositionem sequenti.
- 34 Litigiosa res non efficitur quando lis super ea mota est iniusta, vel calumniosa, vel quando agens sine actione agit, nec ex processu nullo, aut cum falso procuratore facta, aut per pendentiam coram arbitris, vel per oppositionem sequenti.
- 35 Instritus, vel confirmatus a Papa in beneficio manu, quod conuenit ad Abbatii mutum prouideri, si delictum priuatione dignum committatur, tunc quantunque in perpetuum sit collatum beneficium poterit ab Abbatie priuari illo.

CAP. Si quis. I. Alex. 111.

Quando res est litigiosa, & aliquis hoc tacito impetrat confirmationem a Papa, confirmation non tenet, quia subrepititia, & index potest procedere in cognitione capit. Sed si quando petit confirmationem, pacificè rem possidebat, deinde oritur quæstio, tunc index non potest decernere, aut diffidere questionem sine mandato Sedis Apostolice. Colligunt
P P P 4

728 Collectanea Doct. in lib. II Decretal.

Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Holt. Anch. Burr. Bald. Panorm. Decian. Franch. Mantua, Alex. de Neuo, Vivian. in rationali secundi libri iuris Pontificis pag. 362. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 350. remissiu Catal. in anno. & Ximen. in concord. p. 1. Et 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 2. sit. 21 c. 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 44. cap. 10.

Dum text. iste & qui sequitur negans inferiori potestatem cognoscendi de causa confirmata, regulariter accipiendi sunt de quacunque confirmatione tam ex certa scientia in qua omnes conuenient. Quam in forma communi (in qua maior est dubitatio) Probatur, quia in dubio quoties lege, vel statuto, aut alia dispositione simpliciter sic mentio confirmationis, intelligenda est de confirmatione in forma communi, gloss. per. in lex verbis 14. C. de donat. inter virum, & xxv Molin. lib. 2. de primogen. cap. 7. num. 9 cum aliis citatis ad cap. 2. ins. hoc cod. sit. sane in hoc text. & in cap. seqq. simpliciter fit mentione confirmationis; ergo necessarii iura hae intelligenda sunt loqui in confirmatione in forma communi, de qua maior est dubitatio. Deinde considera in his iuribus proponi regulam generalem cum duobus fallentiis; regula est quod confirmatione quacunque legitimis superioris impedit cognitionem inferioris circa aetum confirmatum, nisi vel confirmatione subreptita sit, vel nouum superiori in contrarium mandatum proponatur, tunc sic arguitur. Exceptio firmat regulam in contrarium, c. 2. de coniug. sive. cum aliis citatis per me in tract. de Axiom. iuris v. 1. Axiom. 85. num. 4. ergo extra easum subreptionis, & noui mandati regula est constituta in contrarium in omni confirmatione, quod impedit cognitionem inferioris circa aetum confirmationis; quare ita docent gloss. antepen. in cap. vlt. 11. dist. verbo communi in cap. quia diversitatem, de concess. prehend. vbi Imol. num. 19. suadeturque ex eo, quia vbi Pontifex, vel familiis superior manum apponit, censetur ad se negotium auocare, ac subinde inferioribus afferre potest cognoscendi, argum. cap. ut nostrum 56. de officiis. cum his qua Gig. de pension. q. 69. num. 1. Contra. p. 1. c. 9. num. 1. Unde si quod si Pontifex beneficium alias ad inferioris prouisionem speccatis alicui costulerit, eo ipso censetur inferioris potestatem renocasse, Rip. in cap. cum M. num. 19. de const. Rebuff. in repet. l. quod iussit 61. de re iudic. Iunat l. 2. C. de veteri iure encl. libi, omnia nostra, &c. cap. 1. Apostolica, de proband. in 6. quorum argumento Roch. de consuet. num. 274. affirmit statutum confirmationis per Principem censeri constitutionem Principis quoad intentum, quamvis quoad alia non dicitur Papale, nec Regale, sed illius loci, vel communis, vt post Bald. & Felin. concludit Aviles ad c. 17. Prator. n. 8. Igitur, &c. Ex quibus hae opinio iure prior est & probabilior. Quamvis proprium esse & peculiare solius confirmationis ex certa scientia hunc producere effectum, ne inferior valeat introiitare circa causam confirmatam, minus bene estimauerint gloss. verbo confirmatione in cap. cum accessione, de confit. gloss. vlt. in cap. ea que, de re indic. vbi Abb. n. 3. gloss. verbo confirmatione, in cap. examinata gloss. 2. in c. venerabilis, infra hoc uti gloss. 1. in cap. 2. ne se de vacante, Soc. alleg. 4. n. 2.

Intelligunt tamen supradicta sicut procedere in illis, quae de novo emergunt, & ab actu confirmato omnino separata, poterit enim inferior non obstante quacunque confirmatione de illis cognitionem assimilare; exemplum sit in possesso beneficij a Sede

Apostol. confirmati, is enim si nouum crimen committat, accusari poterit & puniri & priuari ab inferiore, non obstante confirmatione, gloss. 2. in cap. filium 1. q. 1. communis, vt per Abb. in cap. per tuas, num. 4. de maior. Et obed. ostenditurque ex eo, quia confirmationis ius quae sit corroborat, ad illa autem, quae de novo accidunt, & separata sunt, non extenditur, neque ad incogitata, vt colligitur ex c. 1. de rentier. cap. suggestum, de decim. d. cap. per tuas, iuncta reg. cap. vii. de Offic. Vicar lib. 6.

In gloss. Litigiosa, ibi, res litigiosa est, de cuius dominio causa mouetur inter pietorem, & possessorem iudicaria conventione. Ita ad literam dicit text. in auct. litigiosa, C. de litigiosis, & ibi docent Burr. in summario, Bellapert. ver. dicit enim, Cyn. n. 1. Odofred. n. 1. Bald. & Saliget. in summario, Ioan. Sichar. n. 1. etiam in summario, & num. 4. vers. diximus de tempore, Hostiens. in cap. Ecclesia S. Maria, n. 2. vt lite pendente, vbi Burr. n. 10. Abb. num. 7. vers. primo casu. Sylvest. in summa verbo, lis, n. 5 in princ. Menoch. conf. 79. n. 26. Cardin. Tusch. lit. L. concl. 386. num. 59. Amplia vt non solum litigiosae res dicuntur, quando penderit super dominio, sed etiam quando pendet super quasi dominio directo, vel vtili, secundum gloss. in d. auct. litigiosa, verbo, dominio, vbi ponit exemplum quando lis est mota per publicanam actionem, vel per aliquam utilem rei vindicationem, & ibi ampliationem tenent Bellapert. in vers. dicit enim, Odofred. n. 1. vers. & cer. Ioan. Sichar. n. 5. vbi propterea infert, quando agitur ad fundum, vel ad emphyteusim. Hostiens. in d. cap. Ecclesia S. Maria, num. 2. vers. & idem, vbi etiam Ioan. Andr. n. 10. ad fin. Burr. etiam n. 10. Abb. n. 7. vers. primo casu, Zabarell. colum. 1. in fine, vers. sed quando agitur, Conar. pralt. cap. 15. num. 6. Cardin. Tusch. d. concl. 386. num. 56. Amplia etiam ut procedat quando super usufructu lis pendet, puta per confessoriem actionem, cum tunc habeatur instar proprietatis, secundum gloss. d. verb. dominio, & post alios Sylvest. d. verbo, lis, n. 5. vers. & idem si agatur de parte confessori, Cardin. Tusch. d. concl. 386. n. 54.

In ead. gloss. ibi, Et sic controversia super possessione ne orta facta rem litigiosam. Ita Albert. in d. amb. litigiosa, num. 1. vbi Ioan. Sichar. num. 2. Abb. bic. n. 3. Caffad. deci. 6. num. 3. de rescripti. Villalob. communiam opin. lit. L. num. 1. Mandol. super reg. de subrogatis collitg. q. 13. num. 4. Sarmien. de triennali, q. 13. n. 8. Rebuff. de pacificis possess. sub num. 166. Ozasc. Pedam. deci. 144. num. 10. Menoch. ad arbitrar. casu 202. n. 17. & 18. Lancelot. de attenc. part. c. cap. 4. num. 49. t. cum seqq. Cardin. Tusch. d. concl. 386. num. 32. vbi de communis Verum possesso ipsa, super qua lis pendet, efficitur litigiosa, ac proinde in alium transfertur non potest, Nemizanc. conf. 10. num. 14. Aym. conf. 279. n. 3. vers. p. 1. supposito, Benintend. Bononien. deci. 78. n. 5. Lancelot. de attenc. part. 2. cap. 4. in prefat. num. 29. Cardin. Tusch. d. concl. 386. num. 35. Aloys. Ricc. p. 4. collect. 817. vers. limita terri. c. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 3 num. 52. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. 5. p. 1. proximorum num. 29. quod intelligit Benintend. d. deci. 48. num. 10. vers. ideo tertio loco, & a n. 12. quando ipsa sola possessio, qua litigiosa est, in alium transfertur principaliter, secus si transfertur accessori, & in consequentiem rei non litigiosa alienata. In summarissimo tamen possessio non inducit vitium litigiosi, Alberic. in d. auct. litigiosa, n. 1. in fine, & ibi Bald. & Angel. Caffad. d. loco, Rota apud Farin. deci. 628. n. 4. p. 1. recentiorum, cum aliis citatis i. fr. n. 34. in fine.

In ead. gloss. ibi, Nec ad aliam potest transseriptio sonam. Notatur ad hoc quod litigiosa res alienari non potest,

De Confirmatione, &c. Tit. XXX. 729

- potest, & si alienetur, alienatio est nulla; ita ad litteram text. in l. 2. C. de litigiosa, & docent gloss. in figurae causis, in fine, in cap. Ecclesia S. Marie, ut lite pendente, vbi Host. n. 4. Socin. reg. 34. in princ. Capol. cauel. 191. incip. res litigiosa, n. 1. Afflict. dec. 396. incip. In causa comitis, n. 10. Lancel. de attentatis, part. 2. c. 4. in prefat. num. 451. Cardin. Tusch. lit. L. concl. 381. n. 1. & concl. 387. n. 11. Aloys. Rice. in collect. dec. p. 4. collect. 817.
- 9 Amplia primò vt procedat in donatione rei litigiosa, d. l. 2. C. de litigiosis, vbi Bellabert. in princip. Odofred. ante n. 1. in summario, Boér. dec. 33. n. 2. Lancelot. d. cap. 4. in prefat. n. 455. Cardin. Tusch. lit. L. concl. 386. n. 54. verbo, litigiosa virium, Rota dec. 596. n. 8. p. 2. recent. apud Farin. Flamin. de resign. benef. lib. 2. q. 3. n. 5.
- 10 Secundò amplia vt nec obligari, aut hypothecari possit res litigiosa, Odofred. in l. fin. n. 1. C. de litigiosis, vbi Ioan. Sichar. n. 1. Henric. Boich. in d. cap. Ecclesia S. Marie, num. 22. vbi Bellam. post num. 15. & Abb. num. 9. Alciat. conf. 6. num. 3. lib. 8. Mil. in repert. verbo, litigiosa res, Lancel. de attent. p. 2. c. 4. n. 456. Cardin. Tusch. d. concl. 386. n. 55. Flamin. d. q. 3. num. 6.
- 11 Tertiò amplia, vt nec etiam titulo permutationis possit res litigiosa in alium transferri, secundum gl. verbo, vel aliam speciem, in l. fin. C. de litigiosis. Innoc. in d. cap. Ecclesia S. Marie, in princ. in verbo, succelent, vbi Host. n. 8. Ioan. Andr. n. 12. in fine, Butt. n. 10. in fine, Rot. dec. 3. alias 56. incip. si lie pend. in nouis, & dec. 3. alias 400. eod. tit. in antiquo. Lancel. d. c. 4. in prefat. num. 449.
- 12 Quartò amplia vt nec etiam fauore pia cause res litigiosas alienari possit, l. fin. C. de litigiosis, cum aliis citatis per Lancelot. d. cap. 4. num. 414. ac proinde nec in monasterium transferri, d. c. Ecclesia S. Marie, vbi Host. n. 7. ver. si monasterium, & Anch. n. 2. in princip. mogen. & Abb. n. 10. ante fin. qui dicit quid potest agi contra monasterium, & codem modo contra quamlibet Ecclesiam contrahentem vitio litigiosi, Card. Tusch. lit. L. concl. 386. n. 53. verbo, litigiosa virium, vbi quid peccata vendentium res litigiosas habent locum etiam in Ecclesia rem litigiosam vendente, vide tamen quae resoluti Modern. de iuri d. p. 4. casu 2. num. 2. 3.
- 13 Quintò amplia, vt nec etiam alienatio rei litigiosa facta à filio valida sit, Petr. Anton. Angnissol. conf. 49. incipien. Cum sicut, in princ. lib. 2. & conf. 51. incip. Dubitari non potest, num. 5. eod. lib. 2. quem refert & sequitur Lancelot. d. cap. 4. in prefat. num. 451.
- 14 Sextò amplia vt nec etiam res mobilis litigiosa alienari possit, Aub. de litigiosa, in princ. gloss. in amb. litigiosas, C. de litigiosis. vbi Cyn. n. 4. vers. secundo queritur, Odofred. n. 1. vers. secundò sciendum est, Host. in d. cap. Ecclesia S. Marie, n. 2. vers. habet rotum extra, Ioan. Andr. ibid. n. 1. & Butt. n. 1. vers. Hostiensis dicit. Henric. Boich. n. 9. Bellam. n. 3. in fine, Sylvest. in summ. verbo lio, n. 5. in princ. Declata tamen nisi ageretur ad res mobiles tempore perituras, quia tunc earum alienatio non est interdicta, vt per Ioan. Andr. in d. cap. Ecclesia S. Marie, n. 13. vbi Henric. Boich. n. 17. vers. item fallit in rebus, Bellam. n. 13. sub vers. fallit in alienatione, & n. 14. in fine, Socin. reg. 34. in princ. Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 488. Surd. de alimento, tit. 8. priu. 45. n. 6. Card. Tusch. concl. 386. n. 14. in verbo, litigiosa virium.
- 15 Septimò amplia vt nec etiam actio, quam quis ad rem litigiosam habet, cedi possit, vt per gl. 1. in amb. litigiosa, C. de litigiosis, vbi Ioan. Sichard. n. 6. vers. se-
- cundo extenda, gloss. verbo, litigiosa, in d. cap. Ecclesia S. Marie, vbi Butt. n. 10. Henric. Boich. n. 14. Bellam. n. 12. Socin. reg. 48. fallent. Afflict. d. c. 354. n. 22. Marrant. de ordine iudic. p. 4. dist. 3. à n. 6. Conar. praf. c. 15. n. 7. Rebuff. tom. 2. ad leges Galliae, tit. de cessione iur. art. 1. gloss. 4. Iacob. de Arena de cessione iuris, num. 6. Franc. Marc. Delphin. decif. 248. n. 4. Medicis de fortia casibus, p. 1. q. 7. num. 27. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. de ind. resol. 17. à prime Gam. Lufit. decif. 199. De Flores de Mena in addit. Cabed. Lufit. decif. 15. n. 15. p. 2. Cardin. Tusch. lit. L. concl. 381. n. 16. & concl. 385. n. 50. in verbo, litigiosas, Bernard. Graue. ad pract. Camere Imper. lib. 1. concl. 74. confid. 1. & concl. 118. n. 3. Ordin. Reg. Lufit. lib. 4. tit. 10. § 3.
- Octauo amplia vt nec etiam litigiosa res in personam coniunctam alienari possit, l. 3. & ibi gloss. verbo, in coniunctam, C. de litigiosis, Cephal. consil. 94. n. 32. lib. 1.
- Limita tamen suprapositam conclusionem, quod litigiosa res alienari non potest, ut non procedat in alienatione ex causa necessaria, vt per Henric. Boich. in d. cap. Ecclesia S. Marie, n. 17. ver. sed eoc fallit. & num. 28. vers. fallit. in cap. vbi Bellam. n. 13. vers. & fallit. in alienatione necessaria, & post n. 15. Lancelot. d. cap. 4. limit. 8. num. 2. & n. 10. & n. 13. D. Barbol. in l. si constante, & fin. num. 5. ff. soluto marim. Natt. conf. 40. t. num. 1. Benintend. Bonon. decif. 48. num. 15. Flamin. de resign. lib. 2. q. 7. num. 38. Cardin. Tusch. d. lit. L. concl. 386. num. 12. Dicitur autem alienatio ex causa necessaria per confisicationem bonorum, vel qua sit ex causa retractus, aut ex causa de præterito, seu quando debitor suo creditori dat in solutum rem litigiosam, vt optimè declarat Lancel. d. limit. 8. n. 2. 4. 7. 8. & 9.
- Limita secundò in alienatione facta de licentia iudicis, Socin. reg. 141. incip. res litigiosa, in prima fallent. Capol. canel. 191. incip. res litigiosa, n. 1. Neuiz. conf. 20. n. 1. Cardin. Tusch. lit. L. concl. 381. n. 3. vers. vide Socinum, & concl. 386. n. 29. & 30. in verbo. Ita pend. extendeunt maiori cum ratione ad alienationem de licentia Principis.
- Limita tertio in alienatione ex causa facta d. l. fin. ad finem, C. de litigiosis vbi Ioan. de Sichar. n. 12. gloss. verbo, litigiosa vers. tamen, in d. cap. Ecclesia S. Marie, vbi Host. n. 7. Ioan. Andr. n. 13. Henric. Boich. post n. 2. 1. Natt. conf. 40. t. n. 10. Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 464. Card. Tusch. d. lit. L. concl. 386. n. 15. in verbo, litigiosa virium.
- Limita quartò in alienatione ex causa donationis ante nuptias, d. l. fin. vbi Ioan. Sichar. numer. 21. d. gloss. verbo, litigiosa, Lancelot. d. cap. 4. in prefat. num. 416.
- Limita quintò in alienatione facta ex causa diuisionis, d. l. fin. d. gl. verbo, litigiosa, vbi Host. num. 7. Ioan. Andr. num. 13. Henric. Boich. num. 18. Bellam. n. 14. in fine, Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 469. & limit. 7. n. 1. & 2. Addit. ad Capell. decif. 75. D. Barbol. in l. part. 7. num. 45. ff. soluto marim. Cald. Pereira. resol. emph. cap. 16. num. 30. quod bene declarat Lance. locis proxime citatis, tribus modis; primò, vt fiat ex causa necessaria, non autem ex voluntaria, prout videtur esse respectu prouocantis ad divisionem: secundò vt fiat cum vniuersitate aliarum rerum: tertio vt fiat per æquales portiones, non autem vt tota vox assigetur.
- Limita sexto in alienatione ex causa transactionis, d. l. ultim. in fine, vbi Ioan. Sichar. n. 2. d. gloss. verbo, litigiosa, vbi Ioan. Andr. num. 12. & Bellam. num. 14. in fine, Lancel. d. cap. 4. in prefat. à n. 467. vbi propriet.

730 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

- ea etiam infert alienationem rei litigiosae fieri posse in favorem litis consortis, Cardin. Tusch. lit. L. concl. 386. n. 12. in verbo, litigiosi vitium. Dummmodo tamen transactio fieri bona fide, & sine fraude, vt declarat in d. cap. Ecclesia S. Maria, Innoc. col. 2. vers. sed opposit. Hofst. n. 8. Ioan. Andr. n. 12. Butr. n. 10. in fine, & Abb. n. 8.
- 25** Limita septimo in alienatione rei litigiosae facta ab extranea, & tertia persona, litigiosi enim vitium nocet litigantibus, non autem extraneis, Capo. evan. 34. incip. Debet scire, Ozac. Pedem. decif. 144. n. 7. post med. vers. & dato, non tamen admisso, Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 23.
- 26** Limita octavo in alienatione rei litigiosae nondum sequitur traditione, quia alienans ante traditam possessionem non incurrit poena, iuxta ea, quae tradit Cardin. Mantic. decif. 7. a. n. 7.
- 27** Limita non in locatione ad modicum tempus facta rei litigiosae, eam enim sine viro litigiosi fieri posse ad modicum tempus, non autem ad longum, seu longissimum, erudit Lancel. d. c. 4. limit. 1. n. 59. Cardin. Tusch. d. lit. L. concl. 386. n. 56.
- 28** Aduerendum pro supradictorum declaratione litigiosi vitium non solum i. profanis, sed etiam in beneficiis cadere, vt per Bald. in d. a. u. b. litigios. n. 1.
- 29** Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 463. Flamin. d. q. 2. n. 10. itavt beneficium litigiosum super quo penderitis, resignari non possit. Lancel. d. c. 4. n. 264. Flamin. d. q. 3. a. princ. Cardin. Tusch. d. lit. L. concl. 386. a. n. 43. in verbo, litigiosi vitium. Litigiosum satis dicitur beneficium ex commissione causa appellationis, & citatione cum inhibitione, & illius exequitione, Rot. apud Fatis. decif. 455. n. 1. p. 2. recent. & decif. 321. n. 2. p. 1. recent. Et dicitur etiam litigiosum beneficium effectum quando agitur de iure reali super collatione facta, Rot. decif. 342. n. 2. p. 1. recent. Non inducitur autem vitium litigiosi in causa beneficij, in qua non principaliter agitur cauus est beneficium, sed tantum agitur de iure praesentandi inter patronos, Rota d. part. 1. decif. 618. num. 5. Buratt. decif. 9. num. 12. vbi num. 13. subdit litigiosum non remanere beneficium quodlibet, cuius sit beneficium non est principalis, sed incidens, sicut etiam non inducitur per oppositiones, quae fiunt a praesentatis ne institutatur, vt post Lancelot. & Petr. Greg. resolutio nonissimè Ioan. Anton. Massobr. in sua praxi habendi conuersum ad Parochiales Ecclesiæ, prælud. 22. de Ecclesia litigiosi. Litigiosi vitium tollitur per sententiam, quæ fecit transitum in iudicatum, Rot. d. p. 1. decif. 293. num. 12. vel quando lis est finita per sententiam, & illius executionem, Rot. d. part. 1. decif. 665. num. 13. Non dicitur autem lis finita per sententiam, quæ non fuit exequuta, nec dicitur terminata per sententiam, quæ transit in rem iusticiam, si ex actis non iustificetur, vel sit iniusta. Rot. in Areina capellania 18. Maij 1616. coram bona memoria Buratto inter eius impressas decif. 178. num. 9. & 10.
- 34** Litigiosa res non efficitur quando lis, super ea data, est iniusta, vel calumniosa, vel quando agens sine actione agit, Benintend. Bononien. decif. 48. n. 10. vers. secundo pro eius difficultatis resolutione Cassad. dec. 7. de dolo, & contum. Sarnen. super reg. de annali, quast. 45. Mandos. super reg. de subrogandis colligit. q. 11. num. 6. Menoch. conf. 7. 9. n. 27. Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 471. limit. 4. a. n. 1. Nec ex processu nullo Gabr. conf. 52. n. 7. lib. 1. Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 472. & 475. Card. Tusch. d. lit. L. concl. 386. n. 16. Nec per item agitanti, & introductam a falso procuratore, Ozac. Pedem. decif. 144. n. 8. Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 490.
- Aloys. Ricc. d. p. 4. collect. 81. Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 2. elegat. 19. n. 17. & me citato nouissimè Ioan. Anton. Massobr. d. prælud. 22. n. 31. Nec quando non agitur de re ipsa, sed aliquo opere facto in re, ex allegatis per Abb. in d. cap. Ecclesia S. Maria, n. 7. post med. vers. sed ipse. Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 498. Cardin. Tusch. d. concl. 386. n. 7. Nec per pendentiam litis coram arbitris, Natt. consil. 2. n. 4. lib. 1. Lancel. d. c. 4. in prefat. a. n. 5. o. Nec per appositionem sequestrati, Hofst. in d. cap. Ecclesia S. Maria, n. 3. vers. sed nec simplex interdictione, Natt. consil. 2. post n. 2. ver. præterea lib. 1. Lancel. d. c. 4. in prefat. n. 497. & n. 289. & n. 208. & 210. Nec ex decreto, vel sententia prolata in summariissimo possessorio, vt per Curt. iun. conf. 165. n. 5. Ferret. conf. 12. n. 4. Flamin. de resq. at. benef. lib. 1. q. 3. n. 52. & seqq. Gonzal. ad reg. 8. Candel. § 7. procam. n. 29. Gregor. dec. 335. n. 8. & 9. Rota in Brian. beneficij 6. Junij 1614. coram bonæ mem. Buratto, inter eius impressas dec. 59. n. 1. vbi Ferentil. in annot. litera D. Rot. etiam in Cordubet. præf. nomorum 11. Aprilis 1622. coram R.P. D. meo Narro.
- In gloss. De quæstione, ibi, sed si ei obicitur crimen, &c. Notatur ad hoc quid institutus vel confirmatus à Papa in beneficio manu, quod confundit ad Abbatis nutum priuideri, si delictum priuacione dignum committat, tunc, quantuncunque in perpetuum sit collatum beneficium, poterit ab Abate priuari illo, quia per illum Pontificis collationem, aut confirmationem, solum respectu præteriorum, est præcula via inferioribus, atque ideo de viribus illius collationis, aut confirmationis cognoscere nequenit, secus respectu delicti de nono iuperuenienti; ita docent in presenti Bur. n. 6. Abb. n. 8. & 10. Zab. statim in princ. Imol. n. 4. in fine, Dec. n. 57 & 58. Mil. in repet. verbo s. beneficium n. 26. ver. beneficium manus, Alphons. Villagut. de extensione legum in rub. de extensiōne legis pænalis in materia conatus concl. 5. num. 133. Sanch. in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 13. aduententes hanc glossam oppositum non dicere in illis verbis ibi, sed certe non est verum, quia non referuntur ad hoc, sed ad aliud membrum.

S V M M A R I V M .

- Indicare nullus debet de confirmationibus Papa sine eius mandato, nisi per falsi suggestionem fuerint obtenta.
- Confirmationis vbi sunt mensura intelligatur de confirmatione ex certa scientia, vel in forma communis ostenditur, & n. 3. & 4.

C A P . De confirmationibus. II.

Iudex non potest iudicare contra confirmationem. Papæ, nisi de speciali eius mandato, aut certum sit quod per falsi suggestionem fuerit elicita. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hofst. Anch. Decian. Bur. Bald. Viuian. in rationali secundi libri iuriis Pontificis pag. 362. Alagona in compend. iuriis Canon. pag. 350. remissiū Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 21. cap. 2. & est post Concil. Lateranens. sub Alexand. III. I. part. 50. cap. 16.

Vide dicta ad cap. 1. post num. 1. sup. hoc eodem titul. Et nota rationem, quia statuta confirmata à Papa dicuntur Papalia, Hondoned. conf. 5. in fine lib. 2. Marescot. variat.

De Confirmatione, &c. Tit. XXX. 731

var. resol. lib. 1. c. 6. ex n. 10. Seraph. decif. 153. n. 1. & decif. 154. n. 26. Rot. decif. 169. n. 5. & decif. 461. n. 1. p. 1. diuers. & in Balneoregion. bonorum, coram Card. Pamphilio apud Marches. de commiss. p. 2. pag. 152. sub n. 2. ver. & cessat, Caualer. decif. 257. num. 3. & decif. 413. num. 1.

2. Quæstio est dubia, an si à lege, statuto, vel refcripto, aut alia dispositione facta mentio de confirmatione, intelligi debeat de confirmatione ex certa scientia vel confirmatione in forma communis; in qua Ioan. Andr. in corp. penit. infi. hoc tit. vbi Butr. Cardin. Imol. & communis, Abb. in c. examinata n. 5 cod. arbitrantur quod si superior simpliciter nullo alio adiecit utratur in concessione hoc verbo, *confirmamus*, intelligendus sit de confirmatione ex certa scientia. Mouentur primò ex eo, quia verbum hoc ex sermonis proprietate importat quod res maneat firma, sancè tunc maior reperietur firmitas, quando actus, qui alijs semota confirmatione erat nullus modò redditur validus, & firmisçum ergo confirmatio ex certa scientia inter alios hunc potissimum operetur effectum, fit conseqvens vt oporeat verbum illud in dubio dum aliud non constiterit intelligerende confirmatione ex certa scientia, quia res firmior manet argum. cap. inter dilecta 6. ad fin. ibi, *quod modis potest valere, &c. de fide instrument.* Secundò expendunt cap. si Apostolica 2. 2. de prebend. lib. 6. vbi ponitur confirmatio Pontificis simpliciter facta, & tamen text. insinuat illam centeri factam ex certa scientia, vt gloss. ibid. verbo *confirmamus*, intelligit. Ultimò adducunt cap. *quia diuersitatem s. post princ. de concess. prebend.* vbi Pontifex ex eo videtur innuerre confirmationem factam fuisse in forma communis, qua fuit decreta sub ea forma restricta, sicut iustè & pacifice possidetur, quasi si simpliciter absque illa restrictione concessa foret, debuisset indicari facta ex certa scientia, non in forma communis.

3. Oppositum tamen, immo in dubio confirmationem centeri factam in forma communis, merito tenet gl. pen. in l. ex verbis 14. C. de don. inter vir. & exor. Innoc. communiter receptus in cap. dudum, in fine, de decim. vt per Felin. in cap. cum venient. n. 2. de testib. Dec. in præsentis n. 7. & in cap. examinata n. 5. hoc cod. tit. Ias. in l. more. n. 30. ff. de iuri d. omn. iud. Crot. in l. om. es populi n. 17. ff. de iustiti. Quorum opinio ex eo suadetur, quia confirmatione tunc cenfetur facta ex certa scientia, quando sit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circumstantiarum, veluti quando tenor totius principij, aut instrumenti inseritur in ipsa confirmatione, iuxta ea quæ dixi ad cap. cim. dilecta 4. ex n. 13. infi. hoc tit. & ad cap. venerabilis, cod. tit. vel à Principe in literis exprimitur, aut testibus instrumentis, scilicet aliis legitimis modis comprobatur, de quibus in cod. cap. venerabilis, num. ultimi. Sed in terminis, de quibus agimus, nihil horum proponitur, quia sumus in dubio, vt patet; igitur, &c. Pro quibus facit, quia concessio Principis in dubio, dum aliud non exprimitur, ita interpretanda est, vt nullum tertio præiudicium irrogetur, sed confirmatione concessio est, & sumus in dubio; irrogabitur autem tertio maxime præiudicium si intelligatur facta ex certa scientia, nullum si in forma communis; igitur illo, non verò hoc pacto decreta confirmata intelligi debent. Maior nota est ex cap. quia in corrigendis 12. ver. quia tamen, de offic. Ordin. gloss. pen. in d. cap. dudum 31. post alias ad plura cominepant Stephan. de literis, in princ. n. 11. Nauar. in c. nullum 17. q. 2. n. 12. in princ. Pinel. in rnb. de resind. vendit. p. 1. c. 2. n. 8. igitur, &c. Iuvat maxime cap. ex parte 11. de constit. d. cap. dudum, in quibus simpliciter fit mentio confit-

mationis, & tamen non de illa, quæ ex certa scientia decernitur, quæ actum alijs iuntela reddit validum intelligatur, sed de illa, quæ in forma communis expeditur facit reg. cap. 2. de rescript.

Quæ retenta sententia non obstant quæ pro prima adduximus, ad primum enim respondetur, verbum, *confirmamus*, in dubio actus firmum reddere iuxta propriam ipsius naturam, vt si actus à parte antea valeat, firmor reddatur, sin autem sit nullus, talis permaneat interim, dum aliud non apparuerit de potestate, & mente confirmantis; sed non inde sequitur in dubio de confirmatione ex certa scientia esse intelligendum. Ad secundum ex d. cap. si Apostolica, respondetur *ibid.* ultra verbum reperiuntur conjecturas ex quibus deprehenditur Pontificis ex certa scientia confirmatis prouisionem Legati, patet, ibi, *plena de his facta narratione, & ibi, auctoritate nostra, vt intelligit gloss. ibid. verbo confirmamus*, Dec. ad rub. *huius tit. n. 3. ad fin.* Ad ultimum ex dicto cap. quia diuersitatem, dicendum est ibi non fuisse restrictum concessam confirmationem, vt ex adiectione ponderatur, sed volummodo declarari naturam confirmationis in forma communis, quia est confirmare res partium, sicut iuste & pacifice possidentur, idque satis insinuat relatum, que, immediate adiectione post verba antecedentia *ibid.* in forma communis, quibus conseqens est brevis intellectus ad l. præiugia 12. in princ. C. de sacro. Eccles. dam Imper. inibi simpliciter confirmat præiugia retro concessa Ecclesiis, vt intelligatur de confirmatione in forma communis, vt per Bart. Alex. & alios, quos ibi sequuntur fuit D. Barbo. in fragment. ad illum text. cuius posterior pars in hunc sensum trahenda est, iuxta modò dicta.

S V M M A R I V M.

1. *Littera confirmationis super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiosa præuenit appellantem; alias pendente donec de appellatione cognoscatur.*
2. *Appellationis mentio debet fieri in scripto.*
3. *Appellatio extrajudicialis non comprehendiatur in re scripto de appellatione.*
4. *Arrestata pendente appellatione à diffinitione, antea omnia regulariter sunt renovanda.*

C A P. Bonæ memorie. III.

Cœlest. III.

Quando quis appellat à sententia, & impetrat litteras à Papa, appellatus verò præueniens impetrat à Papa confirmationem sententiae, non facta mentione de appellatione, tunc non valent illæ litteræ, sed secunda primi appellantis. Si autem in primis dicatur, *Nullo præiudicio facta iustitia, Cœveritatis*, tunc valebunt litteræ, sed suspendetur etiam rigore, donec fuerit declaratum de iniuritate sententiae. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anch. Bald. Butr. Viuin. in ration. secundi libr. iuri. Ponif. pag. 302. Alagōna in compend. iuri. Canon. pag. 350. repudiata Ximen. in concord. part. 4. & refutatur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 22. tit. 2. cap. 1.

*In quo nulla de facta appellatione mentio, &c.] No-
tatur ad hoc quod in rescripto debet fieri mentio de
appellata.*

732 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

appellatione, ut per Palat. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, n. 4. & num. 16. Appellatio vero extra judicialis non comprehenditur in rescripto de appellatione, Sigismund. Scaccia de appellat. quast. 1. sub num. 8.

Donec de iniqua sententia, &c.] Notatur ad hoc quod attentata pendente appellatione à diffinitus ante omnia sunt revocata, ut per Couat. pratt. c. 23. in print. Scac. d. tratl. de appell. q. 3. n. 47. & 48 Cotta in memorab. verbo, appellatione pendente, & plures, quos refert parens meus in comment. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib. 3. tit. 7. in print. & procedit quantumcumque notorium sit frinolam, & iniustam esse appellationem, ut per D. Barbol. in l. si de vi. n. 134. ff. de iudic. Vide ad cap. viii. n. 27. cum seqq. de appell.

S V M M A R I V M .

- 1 Priuilegi innovatio nouum ius non tribuit, nec antequam confirmat, sed si quod competebat conservat.
- 2 Legem ex identitate rationis licitum est extenderre.
- 3 Lex id, quod constituisse in casu omisso, constitutura intelligitur.
- 4 Exceptio ad similem extenditur.
- 5 Priuilegiorum innovatio nouum ius non tribuit, sed solum antiquum conservat.
- 6 Confirmatio priuilegi nullum ius tribuit, sed quod antea erat conservat.
- 7 Confirmans nihil addit de quo.
- 8 Confirmatio est iuri questi corroboratio.
- 9 Innovare, verbum, quid significet, ostenditur, & tripliciter opponitur contra textum in presente.
- 10 Priuilegium aliquando accipitur pro charta, seu instrumento in quo gratia, aut concessio Principis continetur, aliquando vero pro concessione ipsa, seu gratia.
- 11 Innovatio solius chartae, seu instrumenti, quia erat nimia vetustate consumptum, nihil iuri de novo tribuit.
- 12 Confirmatio dicitur fieri in forma communis in quando Pontifex de negotio non bene instructus confirmat contrahentes. & priuilegium, in eo statu, & propter antea erat.
- 13 Confirmatio ex certa scientia dicitur fieri quando sit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circumstantiarum, veluti quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inseritur in ipsa confirmatione.
- 14 Tenor totius priuilegij Pape invocescere debet, ut dicatur confirmatio ex certa scientia.
- 15 Confirmatio Pape quando censeatur concessa ex certa scientia, quando in forma communis, ostenditur ex decisione S. Rotae.
- 16 Princeps licet dicatur confirmare ex certa scientia, quando confirmat parte citata, & cum causa cognitione, defectus tamen citationis non exclusit quia confirmatio dicatur facta ex certa scientia, quando aliter constat. Princeps ex certa scientia confirmasse.
- 17 Confirmatio in forma communis dicitur, etiam si clausula, ex certa scientia, adiiciatur, si tamen tenor priuilegij, vel contrahens, aut rei confirmata inserens non est.
- 18 Confirmatio ex certa scientia confirmat actum nullum, eique nouum robur tribuit, & validitatem.
- 19 Confirmatio Pontificis ex certa scientia habet vim noua concessionis, quando confirmat id, quod inuiditum est.
- 20 Confirmatio ex certa scientia non dicitur simplex confirmatio, sed ampliatio, & noua concessio.

21 Confirmatio in forma communis non reddit actuum validum, sed illud confirmat, propterea antea erat, & in eadem statu, & labore illud relinquit.

22 Confirmatio in forma communis quos effectus parat, ostenditur.

23 Confirmatio in forma communis an insitam praeter causam prescribendi, ostenditur.

24 Confirmatio non operari circa non oppressa, & circa ea, que sunt aliena à mente confirmantia.

25 Interpretatio fugienda est per quam responsa Pontificium ad aliquam consultationem, & ius specialis reducuntur.

26 Princeps quando ex certa scientia innovat gratiam, concessionem in charta contentam, nouum ius tribuit, & priuilegium, etiam si tempore, vel alia causa amissum sit, restituit, & de novo redigat.

27 Declaratur textus in cap. viii. de transact.

28 Iulij I. l. responsum incip. In militantis Ecclesie agro, defenditur, & declaratur.

29 Confirmatio quando potest referi ad priuilegia valida, qua in usum, & ad inuiditum, vel qua alias non sunt in usu, ad eantum debent referri, qua valida, & in usu sunt.

30 Abbatissa pro suo monasterio potest esse procuratrix.

C A P . Cùm Dilecta. I V .

Innoc. III.

IVs Ciuite disponit ut quando timetur de testibus, tene veritas fortius casibus subtrahatur, testes sunt recipiendi valetudinarij, & alij, de quibus probabiliter timetur. Eadem ratione priuilegia Ecclesiastica vetustate consumpta sunt renouanda, sed ex renonciatione non acquiritur nouum ius Ecclesiae, sed si quod competitbat conservatur. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellar. Joan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anch. Decian. Burr. Bald. Viunian. in ratione secunda libri iuris Pontif. pag. 16. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 31. remissio Catal. in annos. & Ximen. in concordant. part. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 1.

Eiusdem equitatis similitudine, &c.] Notatur ad hoc quod licitum est extendere legem ex identitate rationis, ut per Palat. in repet. subr. §. 16. num. 10. & in repet. cap. ... §. 29. num. 1. Corset. verbo extenso, incip. dispositio, Duen. reg. 311. Namur. in cap. 1. §. labore, num. 14. de fons. dist. 6. Conar. in cap. altera, part. 1. §. 11. num. 15. vers. tertio ad loc. D. Barbol. in l. si constante, in priuilegio. num. 94. cum seqq. ff. soluto maritimo. Cald. in l. si catorrem, verbo, vel aduersarij dole, n. 23. ad finem, & de Emp. c. 1. n. 7. Gutier. prat. l. b. 3. q. 17. & n. 7. Surd. conf. 302. n. 14. & 22. Rebel. de oblig. iustitiae, part. 1. lib. 1. quest. 6. secl. 3. man. 1. & secl. 4. per 14. Sic etiam 3 id quod lex constituisse in casu omisso intelligitur constitutum, ut per Cord. in l. si quis à liberis, & parentes, num. 33. ff. de liberis agnoscendis. Et exceptio 4 ad similem extenditur, Couat. lib. 2. variar. cap. 5. num. 6.

Nolentes igitur, &c.] Notatur ad hoc quod innovatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, sed locum antiquum conservat, similis textus in cap. ex parte 13. & in cap. quia intentioris 29. de priuilegiis docent in presenti Abb. à num. 4. & Socin. à num. 10. Fr. Emmanuel. quest. regul. tom. 1. quest. 8. art. 2. Soart. de legibus, lib. 8. cap. 20. per totum, quemadmodum etiam ex ille ratione

De Confirmatione, &c. Tit. X. X. 733

6 rationibus, & iuribus receptum est, confirmationem priuilegij nullum inscribere, sed quod antea erat confernare, cap. praecepit, ibi, non novum aliquid, t. distinct. cap. inter dilectos, versic. ceterum, de fide instrum. ibi, confirmari tanquam prius habita, donari tangam tuu tradita, cap. quia diversitatem, in princip. ibi, non obstante confirmatione, &c. de concess. 7 prob. tum etiam, quia confirms nihil addit de novo, ut docent Menoch. consil. 191. num. 46. & consil. num. 6. & consil. 351. num. 19. Guttier. practic. lib. 3. quest. 17. n. 40. & num. 121. & quest. 23. n. 6. Bernard. Graux. ad practicam Camere Imper. lib. 2. conclus. 1. num. 11. Ioseph. Sesse Aragonie decis. 15. num. ultim. Cabed. Lufstan. decis. 1. num. ultim. part. 2. declarando ut per Rot. decis. 12. n. 5 apud Farinac. 8 part. 1. recentior. & constat ex recepta confirmationis definitione quod sit iuris quæsiti. corroboratio, vt post Hostiens. & alios antiquiores, explicant Dec. in sub. huic tit. à num. 2. & Bero. à numero 3. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. C. conclus. 705. Cabed. d. decis. 1. numer. 4. & deinde ex iis, que late explicant post Abb. Decius in cap. 2. à num. 43. super hoc tit. & Bero. in cap. 1. n. 25. eod. tit. Menoch. consil. 75. num. 32. & consil. 378. num. 19. & consil. 4. 4. num. 14. Cardin. Tusch. d. lit. C. conclus. 708. à prince. Maſcard. de probation. conclus. 404. Soar. d. lib. 8. cap. 18. à numer. 2. & 8. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 51. num. 8.

9 Sed contra supradictam conclusionem obstant, & primò argumentum desumptum ex proprietate ipsius nominis innovatio, que nouam concessio- nem, & actus extincti reintegrationem importat, vt per text. in l. dies 4. in principe. ff. de danno infellos, ibi, reuocare, vel postulare, vbi notant scribenres communiter, referentes renovationem ad id, quod iam finitum est, iuxta l. sed eis manente, in fine, ff. de precario, cum aliis, de quibus latè Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloss. 7. à num. 2. Guttier. de in- rament. confirmata. part. 1. cap. 49. Cald. Pereira de re- nouat. emphyt. quest. 2. à princip. Secundò obstat text. in cap. 1. in fine, super de translat. & in cap. venient, eod. tit. ibi, nisi prefati Monaci transactio nunc pre- scriptas, &c. dum probat translaſionem factam in personas, realem fieri accidente Pontificis confirmatione. Tertiò, & ultimò obstat cap. 2. in fi- ne, supr. hoc tit. vbi postquam Summus Pontifex priuilegium, aut rem aliam confirmat, nullus in- ferior ea de re quicquam decernere, aut indicare potest.

10 Pro terminorum materia confirmationis cogni- tione ac supradictorum resolutione adiungere oportet priuilegium aliquando accipi pro charta, seu instrumento, in quo gratia, aut concessio Principis continetur; aliquando vero pro concessione ipsa, seu gratia, & pro eo quod in charta, seu in- strumento continetur, different enim sicut conti- nens, & contentum, vt ex text. in l. non figura, ff. de actionib. colligit, & bene explicat Suid. consil. 144. n. 13. & alijs de quibus Cardin. Tusch. tom. 4. lit. I. 11 conclus. 236. Iuxta quam duplēm acceptiōem in- telligi potest quod si innovatio priuilegij, nam si agatur de innovatio nō solius charta, seu in- strumento, quia vel nimia vetustate consumptum, iuxta text. in presenti, vel quia est desperditum, iuxta text. in cap. cum olim 12. de primleg. certum est quod talis innovatio nihil iuris de novo tribuit, & pro- cedunt text. in presenti, & in d. cap. ex parte, & in d. cap. quia intentionis, & communis, de qua Do- ctores citati num. 7. ratiōne facilis est, nam hu- Tom. I.

iustiniani innovatio solū sit ad faciliorem probatio- nem eius, quod in priuilegio continetur, & iuxta eius tenorem est facienda, nihilo omnino addito, vel etiam detracto, ac subinde intentio Principis hanc innovationem fieri concedens non est quic- quam de novo tribuit, vel concessionem extende- re, vel nouum robur adiicere, sed solum tenorem eius, quod antea erat concessum, in scripturam re- digere ad faciliorem probationem. *Juxta l. convabi- tur, ff. de pigorib. eāmque rationem sentit Pontifex in d. cap. quia intentionis, in principio dum exorditur, quia intentionis nostrae non extitit, & deinde in decisio- ne, per hoc non intendimus, &c. & explicat Soar. d. 220. n. 3.*

Si vero agatur de innovatione ipsius gratiae, seu i. 2 priuilegij, quatenus importat formalē ipsam con- cessionem, videtur applicanda distinctio, quam circa confirmationem DD. omnes varii in locis tradi- derunt, vel enim sit in forma communi, vel ex certa scientia: dicitur fieri in forma communi, quando Pontifex de negotio non bene instructus confir- mat contractum, & priuilegium in eo statu, provt antea erat, vel collationem beneficij, provt antea inste, & pacificè possidebatur, vt explicat Pontifex in d. cap. quia diversitatem; de concess. prab. in vers. non obstante, ibi, sub forma communi, quia confirmat benefici- um, & prebendas sicut in se, & pacificè possidentur, & in cap. examinata, hoc tit. ibi, confirmaverat illud sicut prouidebat, &c. Dicitur autem fieri ex certa scien- tia, quando sit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circumstantiarum, & quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inferatur in ipsa confirmatione, iuxta text. in cap. penult. infra hoc tit. ibi, ad maiorem rei evidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus, Dec. in cap. porrecta, n. 15. hoc tit. Roman. consil. 31. n. 2. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 9. Maſcard. de probat. conclus. 22. Rot. decis. 45. num. 3. part. 1. divers. itavt ad hoc ut 12. scriptum dicatur ex certa scientia, duo copulatim re- quirantur, vnum vt totus tenor inferatur, vel clausula ex certa scientia, alterum vt cum eo causae cognitio concurredat, alioquin uno in unum deficien- te gratia in forma communi intelligitur, obtenta, Paris. consil. 33. num. 51. lib. 3. Alexand. consil. 1. 8. num. 18. vers. promiss. & num. 22. lib. 4. Gra. cor. 47. num. 5. lib. 1. Socin. ita. consil. 32. num. 34. lib. 3. Butri. in cap. num. 3. de patre, Abb. in cap. examinata in 2. notab. hoc tit. & ibi Dec. in 2. notab. num. 7. & in cap. 2. num. 44. eod. tit. Abb. in cap. 3. num. 6. vers. & dicitur facta, hoc tit. Rot. in Toletana admissio 14. Decembrio 1609. coram Cardin. Pamphilio. Suffici etiam si alias constet quod Pontifex sciens priuilegij, aut contractus defectus, nullitat, illud prudens, & volens confirmavit; in dubio enim nunquam presumitur confirmationem fa- gam fuisse ex certa scientia, vt omnis, aliorum resolutionibus magis communiter receptum con- stat ex Abb. & alijs ex quibus explicat Dec. in d. cap. 2. à numer. 44. cum seqq. vbi Bereng. 20. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 9. Card. Tusch. lit. C. e conclus. 708. num. 7. Nicol. Garc. de beneficis part. 3. cap. 2. num. 225. cum seqq. Fr. Emman. de quest. 8. artic. 3. Gonzal. ad reg. 8. Caucl. gloss. 45. §. 1. numer. 76. Marchelan. de commissionib. part. 1. cap. 2. à num. 23. Altol. Riccius in collectan. decision. part. 5. collect. 159. Soar. d. cap. 18. à num. 4. Seraph. Rota decis. 981. numer. 2. vbi quod totus tenor Papæ 14. innotescere debet, vt dicatur confirmatione ex certa scientia, quem refero ego ipse de dictiōibus, & claus.

QQQ filii

724 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

fulis, claus. 25. n. 5. latè Cabed. Lusitania decis. 2. in princip. part. 2. vbi à num. 7. & per tres sequentes decisiones latè prosequitur tres confirmationis modos.

15. Et Papa quando ex certa scientia aliquid concedere dicatur, declarat Rota in una Toletana admissio 17. Iunij 1609. coram D. Pamphilo apud Farinac. decis. 102. num. 3. part. 1. recent. in hæc aurea verba: Breue autem Clemens fuisse concessum ex certa scientia, & non in forma communi vñsum fuit Do^r xinis apparere, tum q̄ja in eo fuit narrata substantia Breui Leonis X. in eo confirmata, gloss. in cap. pastorali, §. præterea, verbo, ex certa scientia, de officio deleg. Felin. in cap. cūm inter, colum. 1. & 2. de excepti. Dec. in cap. porrecta, sub num. 15. de confirmat. utili, Roman. consil. 327. num. 7. in fine, Gabr. 183. num. 14. lib... & fuit dictum in causa Abuler. iurisdi^ctionis 25. Iannarij 1588. coram bonæ memoria Orano, presertim stante clausula, quorum tenores, &c. Ruin. consil. 31. n. 5. ad finem, lib. 1. tum etiam, quia Breui emanauit re matice discussa ex sententia S. D.N. tunc Cardin. Burghesij, & Illustris. Card. Blanchetti, quibus hoc negotium videndum, & examinandum, ac sibi referendum Clemens ipse commiserat, quo casu dicitur concessum ex certa scientia, Abb. in cap. 1. & 2. num. 6. vers. quadam confirmatio, & ibi Dec. num. 47. de confirmat. utili, vel inutili, maximè stante clausula ex certa scientia, apposita in ipso Breui, gloss. p. cap. statutum, in princ. in verbo, literarum, in fine, de script. in 6. in Clem. 2. in gl. fin. sod. tit. Abb. in cap. examinata, in fine, de confirmar. utili, vel inutili, Dec. in cap. porrecta, n. 15. vers. Quario quando exprefse, eod. tit. Roman. consil. 327. n. 2. Ruin. consil. 31. n. 5. vers. & provt, lib. 1. Hæc in decisione.

16. Idem etiam ostenditur ead. Rot. in d. Toletana admissio 14. Decembri 1609. coram ipsomet D. Pamphilio, apud Farinac. decis. 210. n. 2. p. 1. recent. in hæc verba. Licet enim quando Princeps confirmat ex certa scientia, & cum cause cognitione, vt dicit Barbat. inter concilia, Alex. consil. 23. incip. script. Ecclesiastico, & p. 3. n. 4. cum aliis allegatis, & ite sit unus ex modis cognoscendis, tamen citationis defectus non excludit quin confirmation dicatur ex certa scientia, quando alter constat Princepem confirmasse ex certa scientia, quod potest pluribus modis etiam per testes probari, vt reser, & sequitur Afflict. de constit. Reg. lib. 3. rubr. 4. tit. de iure suo Curia observando, n. 5. &c.

17. Solet inter Doctores non leviter agitari utrum confirmation dicenda sit in forma communi, vel potius ex certa scientia, quando clausula illa, ex certa scientia, adducitur, & tamen tenor priuilegij, vel contraclusus, aut rei confirmata assertus non est in qua questione communis sententia resoluta ex certa scientia factam judicari propter illam clausulam, ex Abb. Dec. & pluribus aliis refellantur Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 230. & Soar. d. cap. 18. num. 6. Sed contrarium solvunt alij, & in S. Rota plures tentum esse constat ex decisionibus relatis ab eodem Garc. d. cap. 2. numer. 231. cum quo resolute ex ibi dictis num. 236. quid vel agimus de huiusmodi confirmatione ad effectum confirmandi actum nullum, & recte procedit communis, quid per hanc clausulam ex certa scientia, actus nullus validus redditur, si Princeps de nullitate vñfrosmiliter habeat notitiam, vel agimus de ea clausula ad effectum tollendi defectum intentionis, & subreptionis, & procedunt S. Rota decisiones, & est recepta doctrina

na in hunc sensum, ex Gabt. commun. tit. de clausulis, concl. 1. m. 61. cum segg. Götter. conf. 11. à n. 13. Molind. cap. 1. n. 5.

Receptissima autem est, & notissima utriusque confirmationis differentia, nam illa ex certa scientia, confirmat actum nullum, eique nonum robur tribuit, & validitatem, iuxta text. in dist. cap. 1. de transact. in fine, quod in hac confirmatione procedere notauit gloss. in d. cap. quia intentionis, & sequuntur ibi omnes, & latè Dec. in d. cap. 2. à n. 46. & post Cardin. Tuschi. & alios, Soar. d. cap. 18. à num. 12. Confirmatio enim Pontificis ex certa scientia habet vim nomine concessionis, quando confirmat id, quod inuidum est, Felin. in cap. inter dilectos, n. 14. de fide instrum. Dec. conf. 184. num. 8. per l. adoptio, la secunda, ff. de adoptione idem Dec. conf. 347. n. 7. ad medium, versio. sed in causa, Paris. de communi, confil. 19. num. 15. lib. 1. Rot. in Iacen. Vicaria 27. Iannarij 1614. coram D. Buratto, apud Farinac. decis. 513. num. 6. part. 2. recentiorum, & ita non dicitur simplex confirmatio, vel innovatio, sed ampliatio, & noua concessio, cap. si Apostolica, & ibi gloss. in verbo, confirmamus, de prebend. in 6. Doctores in cap. 1. vii post Abb. & alios Dec. num. 46. & segg. supr. hoc tit. Ruin. consil. 31. n. 5. lib. 1. Gozardin. consil. 62. n. 15. Rota decis. 192. num. 2. apud Farinac. part. 1. recent. Quæ autem sit in forma communi, non reddit actum validum, sed illud confirmat, prout antea erat, & in eodem robore, & statu illum relinquit, iuxta d. cap. quia diversitatem, d. cap. examinata, cum similibus Oldrad. consil. 237. n. 8. Butr. in cap. dudum, n. 7. de decim. Alex. conf. 122. Viso punto, n. 4. lib. 4. Ial. in l. more, n. 41. ff. de iuris omn. iud. Crauet. conf. 668. n. 2. Caffad. sub hoc tit. decis. uniu. n. 2. Soar. d. cap. 18. n. 8. Molin. & Fr. Emmanuel. dictis locis, Marchesan. de commission. part. 1. cap. 21. §. 2. n. 6. pag. 233. Rot. dec. 31. num. 5. ad fin. part. 2. diu & dec. 192. n. 2. apud Farinac. part. 1. recentior. & dec. 229. n. 11. & decis. 405. num. 1. part. 2. recentiorum, non enim extendit confirmatum, Rot. d. part. 2. dec. 111. n. 2. nec auget ultra quod in confirmato continetur, ead. Rot. d. part. 2. decis. 419. num. 1. quia de eius natura non est aliquid de novo tribuere, sed quod iam tributum est roborare, ead. Rot. d. part. 2. dec. 339. num. 2. Non tamen ideo huiusmodi confirmatio in forma communi otiosa, vel inutilis dici potest, sed potius notabiles operatur effectus, in primis enim facit actum, seu rem confirmatam maioris actoris, & vt scilicet magis timeatur, vt per text. in cap. quinquaginta 13. distin. notat gloss. in d. cap. 2. quiat triple funiculus minus, & difficilius rumpitur, cap. 1. de treuga, & pace, & quia per confirmationem videtur Princeps actum suum facere, iuxta l. 1. C. de iure veteri enucleando, vnde videbatur quid inferior de tali actu confirmata in forma communi cognoscere non potest, iuxta d. cap. 2. supr. hoc tit. Sed communis merito contradicit, intelligens text. illum in secunda parte, & in cap. 2. hoc eod. tit. vt per Soar. d. cap. 18. n. 10. Verum ille effectus notabilior est, quod huiusmodi confirmatio in forma communi iustum præstat causam præscribendi, vt per text. in cap. dudum, ad fin. de decimis, & ex Innoc. in cap. 1. eod. tit. & Abb. antiqu. notat Dec. in d. cap. 2. num. 45. Molin. d. cap. 7. num. 11. Cabed. decis. 2. num. 2. ad finem. Sed fitnum non existimo, quia text. illum in d. cap. dudum, intelligit de confirmatione ex certa scientia, Butr. ibi num. 15. quem sequuntur Alexand. conf. 39. num. 10. volum. 4. Auiles ad cap. 27. Prætorum, verbo, Proœmer.

De Confirmatione, &c. Tit. XXX. 735

Prouer. num. 7. & si diligenter attendatur, magis probat eam confirmationem non tribuisse causam præscriptionis, & ideo bene Soar. d. cap. o. num. 7. improbat effectum illum, quem post Cor-
dub. ponit Fr. Emman. d. quest. 8. art. 2. in fine, vt scilicet interrupcat innovatio præscriptionem incep-
tam contra privilegium, veluti si non esset in
vlo per spatium viginti annorum, & superueniret
innovationem, per eam enim videtur de novo incipere privilegium, & opus est, quod ex nunc no-
va incipiat præscriptio, vel saltem tempus eius non
computabitur nisi à facta innovatione: nam licet
huc obseruari notabilis sit quod innovationem
factam ex certa scientia, minimè tamen applicari
potest innovationi, seu confirmationi factæ in for-
ma communi, quæ confirmat, seu innovat actum
propterea est, & nihil mutat de eo statu, in quo ante-
erat, & consequenter non auctor ius parti quæsum-
pere est de intentione Pontificis innouantis, iuxta
rationem d. cap. quia intentionis, innovatio enim
regulanda est ad instar confirmationis factæ in for-
ma communi, ac proinde innovatio privilegij fac-
ta in forma communi, etiam gratiam, & con-
cessionem ipsam respiciat, nouum ius non tribui,
doct Soar. d. cap. 20. num. 5. vbi aduerdit hunc mo-
dum innouandi privilegia in vlo non esse. Nec
aliquid significat proprietas verbi *innovare*, quod vi-
deatur aliquid superaddere confirmationi, quia re-
spondetur concedendo totum in innovatione, quæ
fit ex certa scientia, & respectu eorum, de quibus
Pontifex, aut Princeps plenè fuit informatus, &
notitiam habuit, sed nihil concludere respectu eo-
rum, quæ ignoravit, atque ideo nec in confirmatione
in forma communi, iuxta reg. l. cum *Aquili-*ana**, ff. de transactionib. nec etiam nouum est, sed
ex stylo Romana Curie visitissimum geminare
voces, quæ eundem habent sensum, veluti, con-
cedo fructus, redditus, emolumenta, &c. nec tam
ideo vt operentur fit interpretatio, quod com-
prehendat ea, de quibus Princeps non cogitauit,
quia confirmation non operatur circa non expresa,
& circa quæ sunt aliena mente confirmantis, Rot.
decis. 14. n. 4. p. 2. recent.

25 Ex quibus bene infertur quod si agatur de priuilegiis innouandis, quatenus important chartam, seu instrumentum, in quo continentur, certissimum est per innovationem chartæ nihil de novo tribui, ex rationibus sive addictis, & ex auctoritate text. in d. cap. quia intentionis, & in d. cap. ex parte 13. de priuileg. vbi Pontifex in versio. ita tamē, nihil speciale significare voluit, sed potius in com-
mune explicare, & quod proprium est & regulare
in qualibet innovatione, vt bene aduerdit Soar. d.
cap. 40. à num. 2. & confirmatur ex vulgari tradi-
tione, quod fugienda est interpretatio, per quam
responda Ponticum ad aliquam consultationem ad
ius speciale reducuntur, iuxta gloss. ultim. in cap. con-
sultationi, de temporibus ordinat. recepta ex Roma-
no, & aliis, de quibus Felin. in cap. in causis, n. 3.
ad fin. de re iudic. Nauar. in cap. accepta, de rescripto
opposit. 1. num. 2. Vnde non obstat primum argu-
mentum de quo *supræ*, desumptum ex natura, &
proprietate renovationis, nam licet hoc argumen-
tum aliquo modo possit inseruire innovationi per
quam ipsa gratia, concessio, seu ius in charta con-
tentum reuocatur, minimè tamen facit ad casum
in quo verfamur, quando solū innouatur charta
ipsa ad faciliorem probationem, quia ex dictis nihil

Tom. I.

aliud continere potest, aut tribuere, quām quod in
charta veteri continebatur, ex notatis in cap. ut. de
fide instrum. & relatis à Mascal. concl. 711. n. 17. iuncto
num. 18.

Deinde ex eisdem pariter infertur, quod si con-
stet non solū chartam innoveri, sed voluisse Prin-
cipem ex certa scientia innovere gratiam, seu con-
cessionem in charta contentam, non potest dubi-
tari nouum ius tribui & privilegium & etiam si tem-
pore, & alia causa amissum sit, restitui, & de novo
redintegrari, probatur in psalmis ex reg. text. in
d. 1. sed eti. manente, & receptis doctrinis de pro-
prietate innovationis, de quibus *supræ*; vltrem
confirmatur ex proximè dictis circa confirmationem
ex certa scientia, quæ multò fortius in inno-
vatione procedunt, vt etiam diximus, confirmatio
enim est iurius questi corroborationis; at vero inno-
vatio est noua redintegratio, & per consequens
si confirmatio ex certa scientia nouum iustribut,
à fortiori, & innovation ex certa scientia, vt post
Abb. & Felin. comprobatur Fr. Emman. d. art. 2.
attestatus sic tenere famulos Doctores Salmantice,
& post eum Soar. d. cap. 20. à num. 8. licet que ibi
de natura innovationis scribit, non multum con-
ueniant cum iis, quæ Doctores communiter tra-
dunt de eadem, vt post Tiraquell. & alios diximus
in primo argumento. Ad secundum argumentum
ex d. cap. veniens, de transactiō, quod aliquam præ-
ses fert difficultatem, dum videtur probare quod ac-
cedente Pontificis confirmatione, transactio, quæ
personalis era, & vt talis successorem non obliga-
bat, fit realis, eumque obligare incipit contra
certam resolutionem in hac materia, quod licet
confirmatio etiam ex certa scientia possit actu
nullum reddere validum, nunquam tamen potest
eum extendere, vt plus iuris tribuat, quām quod in
actu ipso confirmatio continetur, vt ex Baldio plu-
ribus in locis comprobatur Aviles d. verbo, *Prouer.*
num. 14. Rota apud Fairiac. decisi. 580. num. 3. in fine,
part. 2. recentior. & deducitur ex definitione con-
firmationis, de qua *supræ*. Sed advertendum est
cum gloss. verbo, *confirmatio*, in cap. 2. veniens
transactionem, de qua ibi à principio, & intentione
contrahentium non fuisse personalem, sed
realem in successores transiit, quia tan. en. Sa-
cerdos, de quo ibi, non potuit sine Epilocii au-
toritate obligare successorem, iuxta text. in cap. de ca-
tero, eod. tit. de transactione, opus fuit confirmatione
Pontificis, quæ validam faceret transactionem, &
successorem obligeret, proinde ac si à principio au-
toritas Prelati interuenisset, iuxta text. in cap. 2.
eod. tit. & que nota Dec. per text. ibi in cap. vetera-
bilis, infra hoc iii. num. 6. & post eum Duen. reg. 127.
limit. 4.

Denique non immitterò ex dictis, & aliis pre-
cedit responsum Pontificis Iulij II. incip. In mi-
litantia Ecclesie agro, quod refert Fr. Emman. tom. I.
Bullarium, pag. 570. Confiniauerat enim Pontifex
Sixtus IV. ex certa scientia per illa verba, &
de novo concedimus priuilegia Minoribus Fratribus
concessa: quæsumus deinde fuit à Iulio II. utrum
huiusmodi confirmatio comprehendat ea priuilegia,
que iam in vlo non erint? Respondeat Iulius
negatiuè, quod priuilegia, que in vlo non sunt,
minimè confirmantur. Nam licet Collector priuile-
giorum Mendicantium, propt. eum refert Fr.
Emman. d. quest. 8. art. 2. ad finem, affirmat hoc Iulij II.
responsum datum fuisse absolutè, & generaliter
propter defectum relationis, hoc est quod Iulius II.

Qqq. 2 ita

736 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

ita respondit, quia plenè non fuit informatus de foris confirmationis, & quod in ea reperiebatur clausula, ex certa scientia, mera voluntate, Motu proprio, & pro potiori cautela, & quod si his clausulis plenè informatus fuisset, contrarium responderet, & post Cordub. sequatur Soar. d. 20. m. 9. afferens non videre quid aliud posset responderi. Ego tamen ad tuonem confirmationem illam Sixti I V. fuisse generalem privilegiorum Fratribus Minoribus concessorum, nec de singulis, & de ipsorum iustitiis, & validitate causæ cognitionem praecessisse, unde cum possit referri ad privilegia valida, que in via sunt, & ad innulla, vel quia alia non sunt in via, ad ea tantum debent referri, que valida, & in via sunt iuxta celebrem doctrinam Anton. de Butrio per text. ibi in d. cap. dudum, n. 15. de decimis. multum commendans quod bene notetur, quod alibi non repertitur, sequuntur Alex. consil. 9. n. 10. vol. 4. Aules ad d. c. 17. Prætorum, verbo, Proneer, n. 7. & post alios Cabed. Lufstan. decis. 3. n. 5. p. 2. Rot. decis. 11. num. 3. p. 2. recent. & confirmari potest ex text. & que ibi notantur Abb. & alijs communiter, in cap. 1. versic. nec constitutio, de his, que sunt à maiori parte Capituli, & in cap. 1. de iure iuram, lib. 6. Nec obstat quod Pontifex ex certa scientia se confirmare adiecit, non enim ideo sequitur ex certa scientia facile, & plenè de singulis informatum fuisse, imò defectus intentionis potest præsumi respectu eorum, que vel iniusta sunt, ut per non viam sublata, quem defectum intentionis clausula illa, ex certa scientia, non tollit per ea, que Doctores resolvunt, quo refero d. clausul. 2. num. 15. & ita respectu eorum, de quibus Pontifex non habuit notitiam, magis reducitur ad confirmationem in forma communis, iuxta supradicta numero procedit. Iuxta hanc igitur receptam traditionem respondit Iulium I. afferre facilius, & præstabilius est quā ab ipsis Pontificis interpretatione recedere cum Collectore privilegiorum, & aliis, qui eum sequuntur, & dicta colligendo fateor quod si appareat Pontificem ex certa scientia certioratum quod aliqua privilegia non erant, ex via, ea confirmavit per illam clausulam, ex certa scientia innouamus, & de novo concedimus, aut verba similia nouum robur, nonnamque validum in illis tribuit: fateor etiam hæc verba, & clausulas huiusmodi satis esse, etiam si de certa scientia aliunde non appareat, quando apponuntur in aliquo, certoque præ privilegio, & sic procedit communis sententia, quam de virtute illius clausula adduxo dict. clausul. 2. 5. Negamus tamen ea verba sufficiere respectu eorum, que innulla, aut in via non sunt, quando confirmation generalis est, & refertur ad plura, que valida, & innulla esse possunt, iuxta doctrinam Butrij, que omni ex parte responsu Iulij I. quadrat.

In gloss. *Procuratorem*. Notatur ad hoc quod Abbatissa pro suo Monasterio potest esse procuratrix, ut per Due reg. 3. 1. vers. 2. 10. fallit.

S V M M A R I V M .

- 1 Confirmatio, quam Religiosus impetravit à Papa super temporali administratione, seu priorum, non valer, si tacit se Regulari, si vero expressi, rescriptum presumitur falsum, quia Papa non consentit concedere.
- 2 Confirmatio generalis non extendit ad illicita.
- 3 Contraria iuri per simplicem confirmationem non intelliguntur confirmata.

4 Confirmatio generalis statutorum, seu alterius dispositionis, non confirmat aliquid illicitum.

C A P. Ad nostram. V.

Confirmatio quam impetravit Religiosus à Papa super temporali administratione pro persona particulari, si tacit se esse Religiosum, est irrita, & nulla, quia non consuevit Ecclesia confirmare Regularibus personis aliqua personaliter. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostiens. Anch. Butt. Bald. Vivian. in rationali secundi libri iuriis Pontificis pag. 36. Alagona in compend. iuriis Canon. pag. 351. remissione Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 20 cap. 2.

Notatur hic text. ad hoc quod confirmatio generalis non extendit ad illicita, & innulla, ut per Alexand. consil. 39. num. 10. volum. 4. Aules ad cap. 17. Prætorum, verbo, Proseer, n. 7. Ioseph. Sesse Aragonia decis. 93. num. 5. & confirmata non intelliguntur per simplicem confirmationem ea, que sunt iuri contraria, Duen. reg. 131. in princip. nullum enim quod est, confirmari non potest, Menoch. consil. 351. num. 19. Molin. de primog. libro 2. cap. 7. num. 7. Surd. de aliment. tit. 8. primul. 2. num. 34. & decis. 53. num. 11. & decis. 289. num. 8. Cald. Pereira de potestate nominandi in respons. pro Duce Parana, versic. que sententia. Bernard. Graux. ad practic. Camera Imperial. lib. 2. conclus. 1. numer. 32. cum seqq.

Confirmatio generalis statutorum, vel priuilegiorum, seu alterius dispositionis non confirmat aliquid illicitum, Felin. in cap. Ecclesia S. Marie, num. 4. in fin. de consti. Bald. in l. omnes populi, n. 37. ff. de iustitia, & iure, vbi quod Papaæ in generali confirmatione statutorum non censetur confirmare ea, que sunt contra libertatem Ecclesiasticam, quem sequitur Felin. dicto loco, Socin. iun. consil. 31. n. 43. lib. 3. vbi quod confirmation generaliter facta refertur ad statuta licita, & honesta, & non ad illicita, & loquitur de confirmatione statutorum Bononia, Roland. consil. 29. num. 32. & seqq. lib. 1. vbi quod non refertur ad statuta iniusta, & illicita, neque ad ea, que sunt iuri contraria, loquitur de statuto Cafalen. Alexand. consil. 56. num. 8. lib. 1. vbi quod generalis confirmatione priuilegiorum non trahitur ad iniusta, & ad illicita & ad ea, que sunt iuri communi contraria, cum intelligantur talis confirmatione per obceptionem impetrata, Barthol. in l. t. num. 1. ff. de iis, que sunt sui, vel alieni iuri, vbi ait quod si Papa confirmat omnia priuilegia alieni Ecclesie, vel Collegio, seu ciuitati, videretur confirmare que sunt iniusta arg. l. 1. § 1. ff. de iis, que in testamento delentur, cap. 1. de iure iuris, lib. 6. Bald. in cap. 1. per quos fiat iustitia super feudos, n. 2. vbi quod generalis confirmatione non confirmat nisi iusta priuilegia, & quod iuri contraria non intelliguntur confirmata, sed obceptione impetrata, cap. dudum 31. de decimis, §. comparentibus, Dec. consil. 17. num. 2. versic. nam in generali, vbi quod in generali confirmatione statutorum non censetur confirmata iniusta, Paris. consil. 33. num. 53. lib. 3. vbi dicit quod confirmatione etiam ex certa scientia, si est generalis, solum refertur ad statuta, que sunt iusta, & licita, Corn. consil. 9. num. 3. lib. 3. vbi quod confirmation generalis non trahitur ad statuta nulla, & iniusta, loquitur de statuto

De Confirmatione, &c. Tit. XXX. 737

Statuto Viterbiensi idem Paris. consil. 106. n. 6. lib. 3. vbi quid requiritur confirmatio ex certa scientia, & causa cognita, alias confirmatio generalis, etiam ex certa scientia, non referitur ad statuta, que disponunt contra ius diuinum, naturale, Canonicum, & Civile. Cyn. in l. cum oportet, n. 2. c. de bonis, que liberas, vbi quid si Princeps confirmat omnia priuilegia, videtur confirmare iusta, non iniusta, Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 38. n. 6. vbi late Rot. decis. 780, n. 6. p. 1. divers. vbi quid confirmatio generalis, & in forma communi non trahitur ad statuta illicita, & inhonestata, & loquitur de statuto Montisalisci exclusio foeminarum.

S V M M A R I V M .

- 1 Monachus Prioratus, & administrationes non confirmantur, & rescriptum, vel confirmatis veritate tacita imperata non valet.
- 2 Scientia certa non presumpitur.
- 3 Falsi suspicio in literis Apost. habetur pro falsitate non solum ad tollendam fidem literis, sed etiam ad puniendum.
- 4 Rescriptum imperatum contra consuetudinem, & stylum Principis, suspectum est de falso.
- 5 Confirmatio Pontificis si accedit concesione facta ab Abbatore beneficii manuatis Regularis, aut peculiari, adhuc integrum est Abbati renocare ad nutum suum sicut ante licetabatur.

C A P . Porrecta. VI.

Monachis Prioratus, & administrationes non confirmantur, & si huiusmodi confirmationis litteras exhibeant, tanquam falsitatis autores sunt puniendi, item rescriptum, vel confirmatio veritate tacita confirmata non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania. Hostiens. Anch. Butr. Bald. Dec. Viulan. in rationali secundi libri iuris Pontificis pag. 364. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 351. remissiu Ximen. in concord. part. 1. referunt ab Anton. August. collect. 3. Decretal. sub tit. de rescind. vendit.

2 Emanasse non credamus.] Notatur ad hoc quid certa scientia non presumpitur, ut per Hippol. sing. 27. & in dubio incombens probandae certae scientiae impetranti, quia eis presumptio contra illum, ut per Innoc. in presenti, num. vnic. Host. ad fin. Ioan. Andr. n. 3. Abb. in fine, Dec. num. 9. & 10. Sanch. in praep. Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 144. in fine.

3 Esdem punias tanquam falsitatis autores.] Notatur ad hoc quid in literis Apost. suspicio falsi habetur pro falsitate non solum ad tollendam fidem literis, sed etiam ad puniendum, ut per Malcard. de probat. concl. 747. n. 2. Farinae. p. 4. consil. 60. n. 114. & in praxi crimin. tit. de falsitate quæst. 151. part. 1. num. 32. vbi dicit quod suspicio falsitatis in literis Apostoli sufficit ad capiendum, & carcerandum suspectum de tali falsitate, Rebuffi. in praxi benefic. tit. opioni que contra Buttam possunt, n. 10. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 53. num. 8.

4 Notatur etiam ad hoc quid rescriptum imperatum contra consuetudinem, & stylum Principis suspectum est de falso, ut per Malcard. consil. Tom. I.

clus. 129. num. 5. Flamin. de regnat. lib. 8. quæst. 7. num. 103.

In gloss. *Confirmatur*, ibi, nisi evidenter appareat quod ex certa scientia, &c. Notatur ad hoc quid si concessionem beneficii manuatis Regularis, aut peculiari facta ab Abbatore accedit Pontificis confirmatio, adhuc integrum est Abbati renocare ad nutum suum, sicut antea licetabatur, quia per simplicem confirmationem non certe velle rei naturam variare, atque ita ex Beneficio, & peculio ad nutum Prælati renocabilibus constitutere regi ab illo irreocabilem, secus quando Pontifex ex certa scientia confirmata in presente Abb. n. 4. Zabar. in fine, & Dec. n. 8. Mil. in repert. verbo, beneficium, n. 9. versic. beneficia mentalia licet per Papam, Selu. de benef. p. 3. quæst. 68. num. 1. Rebuffi. de pacificis possessor. num. 2. 90. Gig. de pension. quæst. 15. num. 3. Azot. instir. moral. part. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 10. & part. 2. lib. 8. cap. 7. quæst. 11. Fr. Eman. quæst. Regul. tom. 1. q. 3. art. 1. quos referunt & sequitur Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 17. c. 2. 9. n. 130.

S V M M A R I V M .

- 1 Sententia, vel arbitrium latum contra formam iuris licet sit confirmatum à Papa, non valet.
- 2 Compromissi à forma non est recedendum.
- 3 Confirmatio in forma communi nihil noui iuris tribuit, sed tantum actui valido robur praefat.
- 4 Confirmatio in forma communi ait prestat causam prescribendi, remissione.
- 5 Laudum latum non precedente compromissi non valet.

C A P . Examinata. VII.

Sententia, seu laudum contra formam iuris, vel compromissi latum per arbitrios, licet per Papam in forma communi fuerit commissum, non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Zabar. Imol. Anania. Host. Anch. Bald. Dec. Viulan. in rationali secundis libri iuris Pontificis pag. 364. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 351. remissiu Ximen. in concord. part. 1. referunt ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 3.

Contra formam iuris, & compromissi, &c.] Notatur ad hoc quid à forma compromissi non est recendum, ut per Tiraquel. in l. si vnguim. verbo, literis, n. 11. C. de renocando donationibus. Vnde laudum latum super non comprehensis in compromissio est nullum. Socin. iun. consil. 63. n. 6. & consil. 77. n. 75. vol. 1. Alexand. consil. 48. n. 10. volum 7. Paril. consil. 4. n. 2. vol. 1. Roland. consil. 28. n. 34. vol. 4. Becc. consil. 1. 3. n. 16. vol. 4. cum aliis per Venenz. consil. 11. n. 19. & non valet etiam sicut per partes emologatur, quia non exinde validum redditur, ut regent Abb. presump. n. 4. Bald. consil. 101. ad fin. lib. 3. Roman. consil. 1. 55. num. 4. Angel. consil. 1. 39. Blanc. de compromissi. quæst. 6. sub num. 5. post med. versic. & idem. Ruin. consil. 13. 5. num. 2. lib. 5. Dec. consil. 4. 24. in fine. Corset. sing. 19. Paril. consil. 2. 4. n. 15. 6. lib. 2. Stephan. Gratian. Marchie. consil. 6. num. 5. Valebit tamen in vim pacti. Rot. decis. 512. n. 2. p. 1. divers. & in Romana legitima de Gabrielebus 11. Febr. 1609. coram Ottembergo, & in Roman. executionis laudi 16. Jun. 1613.

Q 99 3 Gorany

738 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

coram bona mem. Vbaldo. Necessarius est tamen in hoc casu simultaneus partium consensus qui ab initio intervenerit. Parisi. consil. 24. n. 162. & seq. lib. 2. Sord. consil. 36. n. 56. & consil. 33. n. 36. & consil. 398. n. 76. & decis. 53. num. 20. & seq. Buratt. decis. 14. in principi. vbi late Florentin. in annot. Rot. in Perusina laudi de Cantuicis 11. Martij 1621. coram bon. mem. Vbaldo.

3 *Sicut prouide latum fuerat.]* Hac est confirmatio in forma communi, quae nihil noui iuris tribuit sed tantum actui valido robur praestat, de quo vide Dec. in c. 2. n. 5. hoc tit. Curt. iun. consil. 279. n. 26. lib. 3. Andr. Gail. lib. 1. obseru. 1. n. 3. Riminald. iun. consil. 117. n. 2. fin. lib. 2. Rebuff. in cap. cum super. gloss. 1. versic. quoniam ad confirmationem de causa possit. & propri. gloss. in cap. quia dicitur istem, vbi Abb. n. 9. de concess. probend. Callad. decis. unica, n. 2. sub hoc tit. & propterea conformarum remanet in eo statu, in quo erat de tempore confirmationis, Bald. consil. 130. n. 1. vers. præterea, lib. 1. Anch. consil. 189. num. 6. Calstr. consil. 34. n. 2. vnsic. & quod dixi, lib. 2. Amplia, etiam in dicta confirmatione adhuc nona concessio, quia nihil pluſtribuit, quam ipsa confirmation, sed censetur apposita pro maiori validitate confirmationis, cap. ex parte s. il. 1. in fine, de priuileg. Callad. d. decis. unica, n. 2. hoc tit. Socin. in decap. ex parte, v. 10. Rot. in Mediolanen. decap. ius aquarum 2. Aprilis 1581. coram S. Clemente VIIII. Limita tamen praedictam conclusionem, quod confirmation in forma communi non tribuat ius, ut non procedat quod facultatem administrandi, nam eam tribuit & valent gesta ratione publici officij, ex quo confirmatione putatur legitima, Abb. in d. cap. cum super, n. 6. de causa possit. & propri. quem sequitur Rebuff. ibid. in gloss. 1. versic. quoniam ad confirmationem, vbi quod praestat autoritatem administrandi, quando alias ante confirmationem administranti non posset, & versic. quarta limitatio, dicit confirmation non operari quod actus gestus per confirmedatum valeat si fuit habitus pro tali. Ulterius limita quod prescritionem, quia tributum facultatem prescribendi, Dec. in d. cap. 1. n. 5. in fine, supr. hoc tit. Butr. iun. in consil. 2. n. 5. num. 1. lib. 3. Rebuff. de forma mandati, gloss. confirmatione, in fine, Molin. de primog. lib. 2. c. 6. Rumes 4. & cap. 7. num. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. §. 1. num. 26. Cardos. impraxi iudicium, verbo, confirmatione, n. 4. Fr. Emmann. qns. Regul. tom. 1. q. 8. art. 3. Cabed. Lufitan. decis. 2. num. 2. p. 2. Sed vide de hac limitatione que dixi ad cap. cum dilecta 4. supr. hoc tit.

4 *Decernitatus ipsum irritum, & inane.]* Notetur ad hoc quod laudum latum non precedente compromisso non valet, ut per Corset, in sing. arbitr. incipit laudum, & Hippol. consil. 10. n. 32. et

S U M M A R I U M .

- 1 *Dicitur sicut, in confirmatione ex certa scientia poterit causatiue, nec nocet si verbum confirmationis procedit tenorem confirmationis.*
- 2 *Confirmatione dicitur ex certa scientia, quando tenor rei confirmatione specifico insertus est in confirmatione.*
- 3 *Collatio, seu confirmatione ex certa Pontificis scientia quando dicatur fieri, remissive.*
- 4 *Instrumenti rotus tenor si refertur in alio, probat ac si vere esset ibi instrumentum.*
- 5 *Confirmatione de actu invalido facit validum adhibita causa cognitionis.*

6 *Altius quando per se non subsisteret, censetur Princeps adhibita causa cognitione confirmans de novo dare.*

7 *Clausula, ex certa scientia, quos effectus, & vim habeat, remissive.*

8 *Clausula, ex certa scientia, equiparatur clausula de plenitudine porestatis, & habet vim clausule, Motu proprio.*

9 *Inferior uti non potest clausula, ex certa scientia.*

10 *Clausula, ex certa scientia, dispensat super inhabilitate, citationem partis tollit, alium nullum & inuidulum confirmat, & remonet omne iuris obseculum.*

11 *Clausula, ex certa scientia, non operatur in his, quae in facto consistunt, & n. 2. nec quando in Princeps potestas deficit, & num. 3. nec quando Princeps aliquid concedit ad instantiam partis, & numeris seqq. referuntur alii casus, in quibus similiter nihil operatur.*

C A P . Venerabilis. VIII.

Honor. III.

Papa quando confirmat ex certa scientia, licet 1 verbum confirmamus, præcedat tenorem compositionis insertum, & licet apponatur clausula (sicut fine proutide facta est) tamen valet confirmatione, & compositione, quia dictio, sicut, non ponitur conditionaliter, sed causatiue. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Anch. Butr. Bald. Vinian. in ratione secundi libri iuris Ponif. pag. 365. Alagon. in compend. iuri Canonic, pag. 351. remissive Ximen. in concordant. part. I.

Tenor compositionis insertus.] Et idem quando rei confirmatione specifico insertus est in confirmatione, operatur quod confirmatione dicatur ex certa scientia emanata, similis text. in cap. pen. vbi gloss. verbo, sicut, infra. hoc tit. & Dec. num. 1. & in lib. idem Vipianus, §. sunt, & alij, ff. de excusat. ut. gloss. verbo, ex certa scientia, in cap. pastoralis, §. præterea, officio delegat. traditum Abb. in cap. 1. num. 7. & in cap. examinata, num. 5. & in presenti, num. 2. & in cap. porretra, num. 6. vers. in quantum, hoc tit. Felin. in cap. cum inter, num. 2. vers. sed contrarium, n. 3. de except. Imol. in Clement. 2. in fin. de scriptis, Anch. consil. 293. num. 3. Bart. consil. 193. num. 3. lib. 1. Rom. consil. 327. num. 7. Bellam. consil. 36. n. 7. Gabr. consil. 200. num. 7. lib. 1. & consil. 183. num. 1. & seq. lib. 2. quos refert & sequitur Rot. apud Farin. dec. 336. num. 2. part. 2. recent. Gutier. consil. 11. n. 7. & Alois. Ricc. in collect. dec. pars. 2. collect. 1592. Cabed. Lufitan. dec. 2. num. 3. part. 2. Rot. apud Farinac. dec. 340. in 1. collect. nouiss. Martin. in 17. Etat. de iuram. pars. 4. effellu 1. q. 4. num. 2. Decian. trallat. crimin. tenu. 1. lib. 2. cap. 37. num. 4. Carol. de Graffis de effellibus clericalibus, effellu 2. n. 15. 8. Glorit. resp. 1. part. 1. n. 2. 3. Quando vero dicuntur collatio, & confirmatione ex certa Pontificis scientia fieri, vide, Sanch. in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 29. num. 144.

Notatur etiam ad hoc quod si tenor totus instrumenti refertur in alio, probat ac si vbi vere esset instrumentum, vt per Xuarez allegat. 12. num. 3. 4.

In

De Confirmatione, &c. Tit. XXX. 739

- 5 In gloss. *Tenor*, ibi, *in modo si compositio alias non valeret*, &c. Notatur ad hoc quod adhibita causa cognitione confirmatio actus invalido facit validum, ut per Xuar. *alleg.* 11. n. 34. & *alleg.* 14 in *princ.* Molin. de *primog.* lib. 2. c. 7. n. 26. Put. *deces.* 4. 48. Cabed. *Lusitan.* *deces.* 77. n. 9. p. 2. Et ideo quando actus per se non subsisteret, censetur Princeps adhibita causa cognitione confirmans de novo dare, ut per Dec. *ref. cons.* 3. n. 23. vol. 4. *Gilchen. in l. priuilegia*, n. 4. C. de *iacro san-*
ctu Ecclesiast. Peregr. *consil.* 4. n. 12. lib. 1. *Surd.* *dec.* 24. 5. num. 6.
- 6 Multa de clausula ex certa scientia, &c. de eius vi, & effectibus tradunt Cels. Hug. in *tract.* *clausularum*, pag. 241. Molin. de *primog.* lib. 2. c. 7. n. 15. cum seqq. Mench. de *success.* lib. 1. §. 6. à n. 10 Perez. l. 1. *ver. quer.* 15. tit. 12. lib. 3. *Ordinaz.* pag. 694. Anton. Gabr. *togg.* 3. *communum opin.* lib. 6. t. 1. de *clausulis*, *concl.* Alfaard. de *probat.* *concl.* 1. 2. n. 7. Menoch. *consil.* 1. n. 43. i. cum seqq. & *consil.* 36. n. 17. & n. 59. cum seqq. & *consil.* 1. 56. n. 45. & *consil.* 1. 81. n. 36. Azeued. ad 1. 2. n. 55. tit. 14. lib. 4. *none recip.* & 1. 3. n. 5. cum seqq. *ed. tit.* & lib. *Surd.* *consil.* 30. 3. n. 17. & *consil.* 1. 5. n. 28. Valafac. *consil.* 1. 30. n. 6 & n. 33. Cabed. *Lusitan.* *dec.* 2. n. 3. p. 2. Marchef. de *commissionibus*, p. 1. c. 2. à n. 23. Cened. ad *Decretales collect.* 5. 3. n. 3. Cardin. Tusch. *pract.* *concl.* *tom.* 1. *lit. C.* *concl.* 3. 40. Soar. de *legibus lib.* 8. c. 1. 8. à n. 4. Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. gloss.* 4. 5. §. 1. n. 75. & seqq. Nicol. Garc. de *beneficio*. p. 3. c. 2. n. 22.5. Bernard. *Gramma. ad pratica. Ca-*
mmera Imper. lib. 2. *concl.* 1. n. 46. Ludouic. Rodolphin. de *suprema*, seu *absoluta Principis potestate*, c. 5. n. 13. & cap. 6. num. 5. cum seqq. Marta de *clausulis*, part. 6. *clausul.* 06.
- 7 Hæc clausula æquiparatur clausula, de plenitudine potestatis, Cott. in *memorab. verbo, clausula*, pag. 1. 15. Brunor. à Sole in locis communibus, verbo, *clausula* 17. Molin. de *primog.* lib. 2. c. 7. n. 17. Mench. illistr. c. 26. n. 3. Menoch. *consil.* 1. 03. n. 50. Matiens. ad 1. 7. *gloss.* 7. n. 4. tit. 7. lib. 5. *none recip.* Anendan. ad 1. 40. *T. viri*, *gloss.* 1. n. 28. Cardin. Tusch. d. *concl.* 3. 40. n. 1. 1. Marchef. de *commiss.* p. 1. pag. 65. n. 15. *secundum nouam impress.* Et habet vim clausula, *Motu proprio*, Glorit. d. *respi.* 1. p. 1. n. 32. Gabr. d. *tit de clausulis*, *concl.* 1. n. 27. Cardin. Tusch. d. *concl.* 3. 40. n. 22. Et clausula, *pro expressis*, Gabr. d. *concl.* 1. n. 26.
- 8 Inferior vti non potest hac clausula, Mench. *tit.* de *testatoris potentia*, lib. 1. §. 6. n. 10. & non nisi causa cognita apponenda est. Molin. de *primogen.* lib. 3. *exp.* 3. num. 12. Menoch. *consil.* 1. n. 43. Et tantum vbi de iure apposita veritatis, multis operatur effectus, dispensat enim super inhabilitate, Marta de *iuris d. part.* 4. *centur.* 2. *caſu* 176. n. 4. Citationem partis tollit, Gabr. d. *concl.* 1. num. 1. 1. Gm. *Lusitanie* *deces.* 2. 78. n. 1. vbi quod in legitimatione à Rege concessa excludit citationem heredium ab intestato venientium. Actum nullum, & invalidum confirmat, Gabr. d. *concl.* 1. num. 1. Cabed. *Lusitanie* *deces.* 2. n. 3. part. 2. Removet omne iuris obstaculum, Francisc. Lec. in *Ibsafaro fori Ecclesiast.* part. 4. cap. 1. n. 55. Conditionem indebiti tollit, Gabr. d. *concl.* num. 39.
- 9 Verum quamvis hæc clausula supradictos, & alios plus operetur effectus, dispensat, habeatque vim specialis derogationis, in multis aliis casibus nihil operatur, quorum aliquos exempli gratia in presentiarum adducere opera pretium duxi. Primo in his qui in facto confidunt, & de quibus Princeps non presumunt habuisse notitiam, Cot. d. *verbo clausula*, pag. 1. 13. Menoch. *consil.* 1. n. 43. 2. Brunor. d. *verbo clausul.* 1. 8. Sanch. de *maritum* lib. 8. *disp.* 4. n. 6. Rodolph.
10. *d. tract. de supra*, seu *absoluta Principis potest. c. 6.* n. 5. Cardin. Tusch. d. *lit. C.* *concl.* 3. 40. n. 4. Marchef. de *commiss.* p. 2. pag. 357. n. 94. Seraphin. *dec.* 2. 68. num. 5. Vincent. de Franch. *deces.* 1. 92. num. 18. Aldrete pro omnimoda Regularium exceptione, p. 2. cap. 1. num. 11.
- 11 Secundū vbi in principe potestas deficit, Courat. 12. lib. 3. var. c. 6. n. 9.
- 12 Tertiū quando Princeps aliquid concedit ad in-
13. *stantiam partis*, Seraph. de *priu. iuram. priu.* 102. num. 3. 8.
- 14 Quartū vbi constat de errore, Seraphin. d. *tract.* 1. 4. de *priuilegiis iuram. priuileg.* 90. n. 6. vbi n. 3. afficit quod impedit posse allegari errorem, idem tenet Donat. à Finatom. 2. *commun. opin.* lib. 1. tit. 20. n. 12. pag. 263.
- 15 Quintū vbi adest clausula derogatoria, Alexand. 1. 1. Trentacinq. *var. resol.* lib. 1. iii. *de rescriptis, resol.* 6. n. 1. 2. vers. nota quod clausula.
- 16 Sexto non supplet ertoneam, & falsam informa-
- tionem, Valafac. *consil.* 1. 30. n. 33.
- 17 Septimus non purgat fatiditatem narratorum, Joseph. 17. Seſſe Aragonia. *dec.* 1. 13. n. 16. 5.
- 18 Octauo non operatur parte absente, quando fuit adhibita sine causæ cognitione. Brunor. à Sole d. *verbo*, *clausula*, n. 1. 5.
- 19 Non nec in prauidicium tertij, Burg. de Pace 19. *consil.* 2. 5. n. 4.5. Menoch. *consil.* 1. num. 42. 1. Brunor. à Sole d. *verbo clausula*, num. 15. & 2. 5. Rendina in *proprio iurio receptarium sentent.* tom. 1. tit. 16 num. 1. 1. Molin. 4. lib. 2. cap. 7. num. 2. 5. Cardin. Tusch. d. *lit. C.* *concl.* 2. 40. num. 3. 8. cum seqq. Marta de *clausulis* part. 1. *clausul.* 72. n. 10. Ludouic. Rodolph. d. cap. 6. n. 1. 4. Vbi etiam afficit quod aliquid operatur quando agitur de modo, vel leui prauidicio partis, secus verò si de maximo agatur, quod etiam ex Alex. Ruino. Grammat. & aliis tenet Menoch. *consil.* 1. 6. n. 59. quicquid dicat Modern. de *iuris d. p. 4. centur. 2. casi* 176. num. 5.
- 20 Decimò non tollit vitium subreptionis, Ludou. 2. 5. Rodolph. d. c. 5. n. 13. Nicol. Garc. de *beneficio*. p. 3. c. 2. num. 2. 3. 3.
- 21 Undecimò non operatur ut posterior a penitentia non facta prioris mentione minime sit. Sanch. de *maritum* lib. 8. *disp.* 2. n. 8.
- 22 Duodecimò nunquam supplet colum partis am- petrantis, Fr. Enman. *quaest. Regularium*, tom. 1. q. 8. art. 15.
- 23 Decimotertiū non tollit leſo remedium, l. 2. C. 2. 3. de *rescid. vendit.* ut ibi tenet Pinel. pars. 1. cap. 2. num. 2. 3.
- 24 Decimoquatuor non tollit defectus naturales Gabr. d. *tit. de clausulis*, *concl.* 1. p. 4. Vbi n. 43. afficit quod non tollit defectum personæ.

S U M M A R I U M.

- 1 Collatio Ecclesiæ alteri fissa per Legatum; & per Papam confirmata, ius diocesani non latet.
- 2 Occasio, & causa in quo differant ostenditur.
- 3 Occasio omnino est fugienda.
- 4 Legatus de latere potest unire beneficia sua provisoria, absque tamen præi. licio Episcopi.

Q 39 4 C 48

CAP. Sua nobis. IX.
& vltim.

Qvando per Legatum Papa confertur Ecclesia, vel beneficium & confirmatur deinde a Papa per huiusmodi collationes, & confirmationes, non iudicunt iura diccesani, sed debet illi obediens presul in incibus ordinariis. Colligunt ex Ordinariis Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Dec. Henric. Viu. in ratione secundi libri iuris Ponif. pag. 85. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 352. remissione Ximen. in concord. p. 1.

Sunentes occasionem] Occasio latissime intelligenda, ut comprehendat etiam quamlibet occaisonem sine ratione, & id est differt a causa, quae propriè per se ordinatur ad aliquid, sed occasio etiam remotissimam causam, & non rationabilem continet, Cardinal. Tusch. tom. 2. lib. 2. lit. C. conclus. 318. numer. 2. unde vulgo dicitur, qui vult dicere ab amico, causam querat, id est, querat causam remotam, & non veram, idem Tusch. d. 3. conclus. 318. numer. 4. & id est occasione omnino eius fugiendum afferit Franciscus Molin. de riu. nupiar. lib. 1. comparat. 3. num. 45. & late de occasione agit Tiraquel. in tract. & effante causa, limit. 13. num. 3.

Tunc Apostol. Sedis Legatus, &c.] Notatur ad hoc quod Legatus de latere non potest vnire beneficia Praeaincias suas, vt per Innoc. ad fin. Butr. num. ultim. Host. n. 1. & Ioan. Andr. n. 2. in presenti, Federic. consil. 195. Ceterum verius est posse, absque praeiudicio tamen Episcopi, vt docent in prefusi Abb. n. 8. Zabar. n. 1. Imola in fine, & Dec. à n. 19. usque ad n. 23. Gamar. de officio, & potestate Legati, lib. 5. sub rubr. de potestate Legati in veniendo beneficia, à num. 49. plures, quos referat & sequitur Rebuff. in praxi benefic. titul. de unio. benefic. à num. 24. Hojeda de incompatibili. tom. 2. part. 2. cap. 3. num. 7. vers. ultimus Legatus, Azot. institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quest. 8. Nicol. Garc. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 65. Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, part. 3. Allegat. 66. Danch. ad praepice De caligi, tam. 2. lib. 7. o. 29. num. 1. 8. vbi responderet ideo in hoc text. non approbari unionem factam per Legatum de Latere, quia illa prædicabat iuribus Episcopi, cum importaret plenam exemptionem in spiritualibus, & temporibus.

Pro complemento huius secundi libri in hoc loco resoluendam duxi præcibilem illum questionem, qualiter scilicet fructus beneficij Ecclesiastici inter hæredem beneficij defuncti, & successorem in beneficio sint dividendi? pro cuius facilitate desistere ne confundamus terminos, specialiter sciendum in primis nobis est, quid attento pro communi tenendum, denique quid attenta Bulla Iulij III. denique quid attentes particularibus consuetudinibus.

In primis attento pro communi aliqua extat inter Doctores modernos controversia, quidam enim censem fructus inter beneficium defunctum, seu etiam renuntiantem, & successorem dividendos pro rata anni, argument. l. diuertit, ff. folio matrimonio, namcum beneficium detur propter officium, & servitium Ecclesiae, cap. 23. secundum

Apostol. de præbend. cap. fin. de rescript. in 6. sicut dos propter onera matrimonij, l. pro oneribus, C. de iure donum, inducenda videatur dispositio, & decisio d. l. diuertit, & ideo hanc partem sequuntur Contra lib. 1. variar. cap. 15 à num. 12. Flamin. de confidenc. quæst. 15. num. 49. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 11. num. 4. Sarmient. de redditibus Ecclesiast. lib. 4. cap. 6. num. 14. Gutier. canon. quæst. lib. 1. quæst. 53. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo, beneficium, §. 6. & p. 2. verbo, renuntiation, §. 2. Escobar. de ratiocin. tom. 2. computat. 20. num. 23. Castil. quotid. lib. 1. de ratiocin. 2. cap. 79. à princip. Molin. de iustit. tract. 2. disputat. 63. 5. num. 7. Parlad. different. 110. §. 1. Marc. Anton. Genuensi. in praxi Archiepiscop. Neapolitan. cap. 53. in annot. num. 11. secundum novam impress. Nicol. Garcia de benefic. part. 2. cap. 1. num. 97.

Alij vero sustinent fructus à solo separatos in exactos spectare ad successorem, non autem ad hæredes prædecessoris, vt per multa iura concludit Calderon. consil. 2. num. 1. vers. tertium casus, de peculio clericorum, Iafon. consil. 75. num. 6. & sequent. 3. Cardin. consil. 110. num. 2. & fuit dictum in Palentina fructuum 16. Februario 1580. coram bona memoria Cardinale Lanceloto seniore, & in nullius seu Romana pecunaria 4. Iunij 1593 coram Cardin. Blanchetto, impress. apud Machefatum de commissionibus, part. 2. fol. 424. num. 3. & non in Papien. fructuum 21 Februario 1622. coram Renardis. P. D. Remboldo, & latè consuluit Sarà. consil. 331. num. 6. vers. contrarium tamen, cum pluribus sequentibus.

Verum communis antiquorum, & modernorum sententia tenet ad hæredem defuncti transire fructus ante obitum eius qui beneficium habebat, collectos, pendentes vero ad Ecclesiam, vel successorem in beneficio pertinere quia clerici in vita æquiparantur virofructuarii, qui faciunt suos fructus iam collectos, & à solo separatos, & eos transmittunt ad hæredes; ita gloss. primo anni, in cap. si propter, vbi Dominic. n. 9. & Franch. num. 5. ac alijs, de rescript. in 6. gloss. etiam verbo, resernari, in cap. presenti, vbi Prob. ad Monach. n. 2. de offic. Ordinar. in 6. Holtiens. in cap. fin. num. 5. & ibi Zabarell. Imola, & Barbat. de peculio clericorum, Anton. Cotset. in sing. verbo, clericus, Nicol. Gemin. in encydrion benefic. titul. 4. de gratiis expectatiniis n. 24. Nauar. de redditibus Ecclesiast. quæst. 2. monitu 13. & consil. 7. sub titul. de successori intestato, & consil. 3. de peculio clericorum, & consil. etiam 3. de donationibus, D. Barbos. in l. diuertit, part. 2. num. 24. & à num. 56. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. titul. de bonis clericorum, §. 15. Rendin. in promptuario recept. sentent. titul. 50. numer. 6. Monet. de distribut. quoridam part. 3. quæst. 4. & numer. 21. vbi num. 24. affere merito admitti posse opinionem Contra de rata temporis quod fructus, qui percipiuntur ex domibus locatis, propter rationem, quam afferit item Contra non quidem d. numer. 12. sed numer. 4. vbi da emptione agit, quia pensio in prædio urbano solvit pro fructibus qui quotidie percipiuntur, scilicet pro eius vsu, & habitatione, quod etiam sententie Ioan. de Imola in d. l. diuertit, in princip. dicens quod pro rata temporis præteriti in prædiis urbanis potest exigi pensio propter continuatam vitalitem, scilicet vero in prædiis rusticis, in quibus percipiunt vitalitas solum tempore messium, & vindemiarum.

Superuenit tamen Bulla Iulij III. incip. Mors propria

De Confirmatione, &c. Tit.XXX. 741

proprio, edita & publicata de anno 1550. qua ex-
prefse disponitur fructus, Obi non spectant ad Ca-
meram, tanquam spolia spectare ad successores,
etiam quod matrati fuerint tempore beneficiati,
dummodo realiter, & cum effectu percepti non fue-
rint, & aliis propriis bonis non incorporati, etiam
quod per beneficiarios non steterit quominus illos
exegrint, imo etiam pro eorum exactione om-
nem diligentiam judicialiter agendo adhibuerint,
cuius quidem Bulla vigore resolutum fuit in allega-
tis, nullius seu Romana pecuniaria, & in Papien. fru-
ctuum.

Extat nunc maxima controversia an praedicta
Bulla Iuli III. sit vnu recepta, & in Regnis Hispani-
arum, & in statu Mediolanensi. Quoad Hispaniarum Regna Nauar. consil. 4. de success. ab intestato, &
Nicol. Garcia. dicto cap. 1. numer. 102. acerunt dictam Bullam in illis Regnis non esse vnu receptam,
quod Rota sape lapidem dixit, & signanter in dia-
cia Palentina fructuum 26. Februario 1580. coram Cardinali Lanceloto, & in Gerusalem. fructuum 24.
Maij 1599. coram Domino Iusto, & in Barchinonensi. fructuum 4. Iulij 1607. coram eodem & 10.
Decembri, eiusdem anni 1607 & 3. Decembri 1610.
coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, & noue in Cordubam. beneficiorum 24. Fe-
bruarij 1610. coram Reuerendissimo Domino meo Caualero, in hæc verba. Quamvis Rota per duas
decisiones sub diebus 17. Novembris 1618. & 1. Iulij
præteriti, refoluisset fructus beneficij S. Andreae
decursus à die obitus Ludouici, quos A. C. de-
clarauerat restituimus esse Piccardo, deberi Ioanni
Lopez tanquam plenissime subrogato ad ius
ipius Piccardi, nihilominus hodie causa de novo
proposita super eisdem, Domini recesserunt à de-
cisis, & moti sunt ex notoria confutitudine vigente
in regnis Hispaniarum, quæ non reuocabatur in
dubium, & super ea fuit alias facta resolutio in
Palentina fructuum Archibishopysterum 26. Februario
1580. coram Cardin. Lanceloto seniore, relata
per Garc. de benef. part. 2. cap. 1. num. 12. quod
scilicet fructus separati à solo spectent ad hære-
dem, per quam confutudinem cessabat ratio il-
la, cui decisiones factæ innitebantur, vt scilicet
quemadmodum dicti fructus debeantur Piccardo,
ita debeantur Ioanni in ipsius loco subro-
gato, nam si debentur hæredibus Piccardi,
non possunt dici comprehensis in subrogatione,
&c.

Verum hodie magna circumspectione circa non
receptionem dictæ Bullæ vntendum est, ego enim
hoc præsenti anno 1625. in Rota coram Reu-
rendissimo domino meo Burato in via causa Bra-
charen. fructuum instanti petij declarari dictam
Bullam in Regno Lusitania (quod pars est His-
pania), vt alioz Nauar. consil. 2. numer. 2. de
decisis, & omnibus patet) vnu receptam non
esse, & tamen Rota coram dicto Domino meo
in decisione facta super hac causa sub die 8. Apri-
lis 1625. nihil certi firmare voluit, sed dubium
in hæc verba reflduit. Iustitia autem dictarum
trium conformium in hoc capite quicquid sit
de iure communi an fructus à solo separati spe-
cent ad successorem, vel ad hæredem, vt latè
per Carder. consil. 1. de pecc. cleric. & quicquid sit
stante confutidine, de qua in Regnis Hispaniarum
Garc. de benef. part. 2. cap. 1. numero 102.
& in Barchinonensi. fructuum 10. Decembri 1607.
coram Reuerendissimo Domino meo Decano,

in qua alia decisiones, & doctrina allegantur,
certum est quod sublata est difficultas ex constitu-
tione synodali Bracharen, qua cauetur quod si ob-
tinens beneficia simplicia moriatur ab intestato,
habent omnia eorum hæredes integræ, &
si illos non habuerint, habeat dicta bona Eccle-
sia; spectant igitur ad hæredes beneficiati
&c. Hæc in illa decisione Bracharen, fru-
ctuum.

Quoad statum Mediolanensi. pariter afferent
dictam Bullam in eo non esse vnu receptam Bo-
guin. Caualcan. decision. 30. num. 5. part. 5. & Nicol.
Garc. dicto cap. 1. numer. 103. Sed contrarium fir-
manit Rota in dicta Papien. fructuum, coram Re-
uerend. Domino meo Ramboldo, in hæc verba.
Nec obstat quod dicta constitutio non fuit vnu
recepta, vel quod saltem præsumptio obseruantia
dictæ constitutionis eliditur ex iuribus ponderatis
in Mediolanensi. fructuum 9. Martij 1592.
coram bona memoria Orano, quia præterquam
quod videbatur, quod dicta constitutio fuerit
publicata, habeatque decretum irritans, non
posset dari de non vnu iplius, nec minus præten-
di, quod fuerit per contrarium vnum abrogata,
ex deductis per Gabriel. de clausul. libro 6. con-
clusio. 3. numer. 4. Rot. decision. 197. numer. 3.
part. 1. in recent. cessat etiam difficultas ex qua etiam
dicta constitutio circumscripta dicti fructus in-
exacti spectant iuxta dispositionem iuris com-
munis ad successorem, vt dictum est, non ve-
rò ad hæredem. Nec obstat quod dicta dispo-
sitio locum non habeat quando in contrarium
vigeat consuetudo, Calder. dicto consil. 2. ante
fin. versicul. puto concludendum, Conar. in cap. cum
in officiis, numer. 6. de testament. quia non proba-
tur quod adsit aliqua consuetudo in contra-
rium in ciuitate Papiens. quæ tamē plene, &
concludenter probanda esset, gloss. in l. 1. in ver-
bo, probatis, C. que sit in longa consuet. Alexand.
consil. 131. num. 9. lib. 2. Surd. consil. 313. num. 23.
Cesar. de Graffis decision. 6. numer. 5. de prebend.
cum aliis per Mantic. de tacitis, & abhinc con-
vention. lib. 3. titul. 9. numero 72. Nec dicta potest
quod dicta consuetudo sit probata ex quadam
enuntiacione eiusdem Iuli III. in Breui, seu li-
teris anni 1553. quatuor copia datur, quicquid
esset dicendum an dictæ literæ essent in for-
ma probanti, & vtrum dicta enuntiacione, utpo-
te, quæ emanavit ad partis suggestionem pro-
ber, & præsertim quia, vt aliqui ex dominis di-
cebant, Papa in dicto Breui non dicit, quod
dicta consuetudo fuerit legitime probata, sed
tantum quod fuit deducta, vt appareat ex lectura
dicti Breui; & insuper vnu fuit quod dum
Papa narrat quod in Statu Mediolani antiqua
vñget consuetudo quod spolia personatum Eccles-
iasticarum ad eum hæredes transire, huin-
modi narrativa intelligi debeat de fructibus sic
exactis, & in horum reconditis, aut bo-
nis ex fructibus sic exactis emptis, que vñ-
propriè dicuntur spolia clericorum, quia spolia
sunt rerum ad beneficium spectantium, & que
in eorum peculio reperiuntur, vt in puncto fuit
dictum in Romana, seu Verellen. pecuniaria, co-
ram bona memoria Cardinal. Seraphino, quæ
est inter impressas decr. 594. numer. 5. non antem
de fructibus inexactis, quos idem Iulius III.
per constitut. vt supra dictum est, ante dictum
Breui edictum voluit pertinere ad successores,
aded

ade quod dicta narrativa non possit deferire ad probandum aliquam, consuetudinem quoad dictos fructus inexactos, de quibus agitur, sed tantum quoad spolia, id est, fructus exactos, qui sunt extra controversiam. Et in omnem enentum ad effectum de quo agitur, sufficit quod ex dicta narrativa Brevis remanet clare probatum, quod adsit in Statu Mediolani talis consuendo quoad fructus inexactos, cum maximè huiusmodi consuendo esset plenè, & concludenter probanda, ex *suprà allegatis*, &c.

Hac, quae ex suprà dicta decisione colliguntur à receptione dictæ Bullæ Iulij IIII. procedant in

Statu Mediolanensi, non verò in Provincia, Papia enim non est de Provincia, sed exempta, & immediatè subiecta Sedi Apostol. nam in Provincia constat ex Concilio Provinciali Mediolanensi V. part. 3. titul. de Ecclesiis, earum supellefiliis, & fructibus, §. ut litibus, quod dicta constitutio non est vsu recepta, immo in corroborationem praedictorum postea successit Concil. Provincialis Mediolanensis VII. titul. de fructibus clericorum defunctorum, in quo præstabilitur quod fructus separati à solo pertinente hereditibus beneficiari defuncti cum super portatione onerum usque ad novos fructus.

Finis Libri secundi Decretalium.